

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0001-4

Sammelband

Cc. 138.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0002-0

7.

# EPISTOLA ANDREÆ CAROLOSTADII ADVERSVS INEPTAM ET RIDI/ CVLAM INVENTIONEM IO/ ANNIS ECKII ARGVTATO RIS, QVI DIXIT, LIP/ SIAE, CVM VR/ GERET/

VR.

OPVS BONVM ESSE A DEO TOTVM, SED NON TOTALITER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0003-6

VIRIS INCLYTIS ET INGENIO ET
Iudicio pręcellentibꝰ, D.D.Liuino Embden,
Francfordię Iuris Ciuilis profeſſori, atq;
Friderico de Salczen, Illuſtriſſimi
principis Marchionis Branden/
bergeñ.Electoris &c.phyſico,
doctoribꝰ & patronis ſu/
ſpiciẽdis, Andreas Ca/
roloſtadius
S. D.

MAluiſſem clariſſimi viri plurimas ob cauſas lacerorum
hominũ maledicta ſilentio ac animi grauitate vincere,
quã cohortẽ ſeu iter fęrocientẽ, q̃uis conuicio referire, ne
quiſpiã pollicitę fidei, & nequiter lęſę inſimulare me poſſet, At
cũ video patientia mea hominũ duriciẽ inualeſcere, eoſq; cõtra
humanã conditionẽ inſanire, & ſacras lr̃as nominis mei ſpecie
interturbare haud ĩmerito acriores illoꝝ cõtumelias ſubiturus,
quod ſilentij mollitudine non poterã aſſequi, ſaltem obiecto
gladio efficiam,
Silui nempe primum ob id ꝙ Eckius & ego in eam ſententiã
decurrimus, eo vehementer id exigente Lipſię anteq̃ diſputa=
remus, ne alter alterũ ante arbitror pronũctiationẽ oppeteret,
ſed rem iudicatam operiremur, atq; p̃cipue diſputationis acta
tantiſper cõquieſcerent, hęc noſtra cõuentio, & quid fuerat hu=
manę fidei tam congruũ, q̃ ea quę inter nos placuerũt ſeruare:
potiſſimũ illũ oportebat fidẽ cuſtodire, qui huiuſmõi pacti=
onis fuit auctor, At hanc pactorũ legem, ideo ab Eckio inuẽ=
tam opinor, vt ego eiuſmodi placitorũ vinculis aſtrictus, cõ=
uentionũ ſuperſtitione muteſcam, ſolus male audiam, ſoluſq;
maledictis obruor, cũ ab Eckio, tũ ab ijs qui eiꝰ moribꝰ fauẽt.
Proinde, nemo me poteſt criminis inceſſere, quando aduerſa=
rius ſuę fidei, quã eſt pollicitus, & quã a me inſtanter impetra=
uit, prior non pepercit, Quis recte aduerſum me concitabit, ſi
veritati diuinę inſeruiturus naturali iure, hoc eſt defenſiõe fru=
iſcar, & contra hoſtilem impetum reſurgam, ac ſurſum nitar, ſi

licuit, tam preſtabili tunc aduocato, non male interim fidere, ledere, interim obtendere, veniam itidem mihi debetis & ignoſcere, ſi maledicta illius & cuiuſq; diluam, ſi refellā, ſi in vr̄m transferam caput, vnde ob oculos & aures hominū iacta ſūt, nec ſum tā brutus & ſtupidus, qui fraudes Eccianas excogitatę fidei ac tantos dolos olfacere nequeā, illius vero pudendas & inuidioſas captiōes alicubi conſcribā, vbi vel iudicabo Eckiū conſolari ſe clamore iactabūdo, veluti canes morſi atq; proſtrati, qui victores ſuos latratu proſequūtur. Probabo pariter ꝓpriam Eckij laudem & mei, ceu inimici vituperationem impendio ſuſpicioſam, & fidei detrahende cauſam, Facilius ꝙ̄ꝗ; tacebam ꝙ Eckij pręcones paulo optabiliore pręcentione de me fantur, & mihi plus tribuunt quā leguleius quidā homo obiecta inuidia marceſcens, hic me reſpondere potuiſſe, negauit, illi me vel egregiū vexatorem vel colericū, & ſimilibus reclamantiū iudicijs, minimeq; tacentiū in ſchola diſputatorū, ceu primis lineis depinxerūt, linguax ille rabula, om̄es omniū vituperonū meorū moleſtias aſperitate & dolētia ſęuioris vulneris obduxit, toleratuq; faciliores fecit, Quid etem̄ preſtolari ab aduerſarijs poterā, niſi inſectationē? & cā ab iniquis acerbiſſimā? Contra, ab homine, qui inimicus eſſe noluerit, etiā obiurgationem cōmeritus, debui recte & vere iudicari, Praeterea tacui ꝙ notata ē in ſcribis illis ruſtica ſuperbia & obſcęnitas impudentiſſima.

Scripta ſunt enim ea ridicula & mendacia quae tāgi poſſent, neq; timor vllus mihi inſidet, futuros eſſe, qui vera illorū ſcripta credāt, niſi plane infeſtos, Porro multis modis quod ſentio, eloquar, arbitror Lipſicorū aliquot theologiſtarū, p̄cipue PręDicatorū hominibꝰ tam inſulſis faciē ſubdidiſſe, & illos ꝑ miſerū quiſque blateronem ſua loquentes.

Egrediantur aduerſum me omnes illi moroſi & obiurgioſi latratores, obreptent vel aſtu, qui ſunt inſpiratores fumorum proferant doctrinā ſuam, adfuerūt Eckio collectores, impertinentiū auctoritatū adſunt & illi ſuppetiarū admodū indigo, Alloquantur me, nec aſellū illepidū & ſciolū queq; inſtruant, & me armis theologicis, gladioq; Chriſtiano protrudant & percutiant, Quid iuuat ſic debacchari per caprā, quę nec cortices ſcripturarū guſtauit? Ipſi ſuā ſaliuam expuant, ne infantiſſimo homini nugas pręmandāt, agāt circūſpectius, ſi Academie, ſi pricipi ſuo Illuſtriſſimo, ſi oppido Lipſenſi qbꝰ qcqd honoris & officij habeo preſtabo, decorem & augmētū afferre

nituntur, hoc non efficient, quamlibet conati, niſi ſcripturis &
erud tione, Poſſunt Mimi & hiſtriones maledicta & mēdacia
exaggerare, & e ſcęnis ceu imbrem depluere, Alia vindicta vi-
ros decet, Academiā illam amo venerorq;, quā dehoneſtatis
ipſi vituperatione noſtrū tam falſa & nobili iniquitate clara.
Vereor quoſpiam me coleram effutire dicturos & falſo eis im-
putare talia admiſſa, Epiſtolā tñ habeo cuiuſdā veniam poſ-
centis atq; teſtantis ſibi argumentū traditū, quod nugas ſuas &
acerbitate & fœditate ſuperat, ſic totū orbem meo nomine op-
plent, ſubinde merito in prœliū literariū euocant, vt quicquid
viriū & neruorū in theologia adepti ſunt, expromant, mode-
ſtia theologica abuſuri, Alioqui nec mihi vitio dabitur, ſi par
pari relaturus validiore illis morſu adhęſero, ęquali mordaci-
tate cōprimendis.
Habet Thomas & cæteri ſcholaſtici, quiddā eruditū, quod ſi
ſeorſum legas, neutiq̄ videt ignauū & ſtupidū neq; alienum,
Etem ſi conferas, & natiua dicta contendas autorum, vnde ille
cōcerpſit, ac ſingula obſeruate & circūſpecte iūgas, religioſeq;
alternis lectionib⁹ cōmittas, O q̄ iacent, ſordent, frigent, quan-
tūq; mutant a ſuo nitore opercula illa miſerorū ſcholaſticorū
& pręſidia extrema, ea vt imbiberūt, ita nimirū indicant, ijs au-
res ipſorū pculcatę ſunt & ſordidę, itaq; cū ſyncera occurrit &
ſe offert ſcriptura protinus offendūtur, quo fit vt difficili⁹ aſ-
ſentiantur puris ſcripturis, cū illis ipis & Eckio tam Eccleſiaſti-
corū deprauatore, quā eorū quos tutatur ſcholaſticorū incō-
modo verboſo & rapaci defenſore, manus me neceſſum eſt
rupto ſilentio, conſerere.

*Mauult ab Eckio inimico grauit vituperari, q̄ amico exigue laudari.*

Malo aūt ab vno Eckio hoſte infenſiſſimo grauiter & inſectā-
ter vituperari, quā, ab illiuſmodi ſuorū laudatorū ſimilib⁹, ie-
iune & exigue laudari, Quin ſi maledicit & vituperat, quanto
id facit acerbius, tam maxima mole pro iniquo detractatore
ducitur, & ppterea neq; fidem capiet, Extollentes vero eū adeo
variant, vt manifeſtarie cōmonſtrent, ſe quidē velle laudare,
ſed pene nihil reperire qd iure laudent, At nolo maledictis cō-
tendere, ſed oſtendere ſolū pleroſque ardeliones, ſcripturam
ſanctā reluctantē & inuitā, violentis interp̄tationibus aduerſe
ad ſuas voluntates applicare.
Lypſicos tango eos qui Chriſtiani nominis obliti, infamē cri-
minationē effuderūt, eos vero non pūgo, qui argutias Eckia-
nas friuolas reprobarūt, quos neq; latuit, ipm Scoto & Tho-
me violentiam, non patrociniū feciſſe, Sunt Lipſici theologi

*Cupit Lip-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0006-3

& plurimi alij Lipſenſes quib⁹ calculus impenſe candidus eſt &
integer, quorũ vt conciliandę, ita & conſeruandę amicitiæ ſum
cupidiſſim⁹, neq; ſum adeo ingratus, qui velim beneficia ma
ledictis rependere, aduerſus aũt eos qui per prodigos & ineffre=
nes linguas contra noſtram academiã ſuos ſtomachos, atq;
petulantias euomuerũt, retorquebo autoritatẽ Bernhardi,
Sicq; repugnaturus illorũ opinionẽ emular, qui potentiſſima
argumenta primo & vltimo, infirmiora vero loco medio
ponenda ducũt, quãdo exercitu hoc ordine diſpoſito imbel=
les ꝑtes anteũtiũ armorũ muniũtur fulgore ꝗdã ferri, ꝙ & ocu=
los & mentes perſtringat, ac mutuo fortia robora, acceſſu mi
norũ augeſcunt, & qđ prius ſolo fulmine, poſtea grandine &
copia valent, pugnãtq;, iſtiuſmodi ordinẽ, tũ ſequerer, ſi ſacrę
ſcripturę auctoritates, eccleſiaſticis ſcriptorib⁹ ãꝑponerẽ, hoſq;
intra illos ceu munimenta concluderẽ, Quippe documẽta Ec=
cleſiaſticorũ incompabili & dignitate & reuerentia & maieſtate
Canonicis dei ſcripturis exiſtimo inferiora, atq; tm̃ habere fir=
mitatis, quãtũ canonicę lr̃ę eis inꝑtiũtur, quatenus aũt diuinis
teſtimonijs inſtituũtur, eatenus humana ſcz, & lapſus, vel ſaltẽ
lapſui proxima, poſſuntq; tũ vel tranſcurri vel negari ab ijs, ꝙ
auctoritates ſcripturę in promptu tenent & obtrudũt. Verũ
Eckius & id hominũ genus, inexcuſſo iudicio atq; furenti im=
petu in queq; fertur occurrentia, & a doctrinis eccleſiaſticorũ,
perinde atq; diuina oracula gemit, ſuſpirat, ſtupeſcit, ſoletq;
acerosa fila e libris ceu colo quapiam carpere, atq; ſic nõ ꝑci=
puis & proprijs, ſed extrinſecus quaſi additis & conſarcinatis
ſententiolis, ſimplices homines ꝑoccupant, ac nõnũq; extor=
quent iudiciũ, ſi qđ haberet, & facultatẽ ſecus intelligendi ra=
piunt, ſuiſq; ſenſibus alligant, ne poſſint poſtea rectis ſcriptu=
ris incũbere.

Senſiũ amicitiam.

Eccleſiaſtici Canonicis ſcripturis ſũt inferiores.

Quapropter, ratus ſum opere ꝑciũ fore, vt Bernhardi aucto=
ritatẽ primo loci digeram, quã & Eckius & pleriq; rudes ſup=
ſticioſa religione adeũt, ſuſpiciũt & velut diuinã finitionẽ am=
plexantur, vt etiã cõperto, Bernhardi auctoritatẽ, ſubfrigide,
corrupte & ineptiſſime ab Eckio contra me deſumptã, ab eius
ſe opininione ſubtrahant, & cuius erant amiciſſimi fiant alie=
niſſimi. Verba ſentẽtię Bernhardi hęc ſunt.

Sic aũt iſta cũ libero arbitrio operatur, vt tm̃ illud in primo ꝑ= „
ueniat, in ceteris comitetur, ad hoc vtiq; ꝑueniens, vt ſibi de= „
inceps cooperet̃, ita tamen qđ a ſola gratia ceptũ eſt, pariter ab
vtroq; perficitur, vt mixtim nõ ſingulatim, ſimul, nõ viciſſim

per ſingulos profectus operentur, nō ꝑtim gratia, ꝑtim liberũ arbitriũ, ſed totũ ſingula opere indiuiduo peragunt, Totum quidē hoc, & totũ illa, ſed vt totũ in illo, ſic totũ ex illa.

Hac ſentētia minus perpenſa, imo nec perlecta, multi mouēt, hallucinant multi. At ſi intuerentur ſuperiora, e quib⁹ hęc quę pręiecimus, pendent, ilico ab errore eximerent. Tametſi Bernhardi ſententia non ſit tot cęremonijs ſubeunda, vt ea ſola cōſpecta, cęteris tēperemus, Attñ vulgo imperitorũ concedēdũ eſt, ideoq; eam veluti ſcripturā, aliquāto diligentius expandā, q̄ ferat Eckiana ſubtilitas. Hęc Bernhardi verba, Sic aũt iſta cũ libero arbitrio &c̄, flecti e ductu ſermonis antecedētis, quis dubitet? demonſtrant aũt tria, quę Bernhardus in ſuperiorib⁹ cōnũerauit, deus inquit, Tria hęc, hoc eſt, bonũ cogitare, velle & perficere, operat in nobis, Primũ ꝓfecto ſine nobis, ſecũdũ nobiſcũ, Tertiũ per nos. Hęc ſunt quę demōſtrant, cum dicit, Sic aũt iſta cum libero arbitrio opatur, nemo q̄q; ignorare poteſt, verbo operatur, intelligi deũ vel gratiam, niſi cui Bernhardus prorſus eſt ignotus.

Deinde Bernhardus diſertat, quemadmodũ deus illa tria ſcz; Cogitatũ, velle & perficere, operatur cũ libero arbitrio, aſtruēs deũ vel grām ꝑuenire liberũ arbitriũ in primo, in cęteris aũt comitari, proinde diſpiciamus, qualiter deus bono cogitatu, liberũ arbitriũ ꝑueniat, At priuſq̄ hęc penſiculemus, intendendus eſt animus ad illud qđ Bernhardus dicit, deũ primũ opari ſine nobis, qui cōtinuo ante affirmabat grām, tria illa efficere in nobis, hic mihi dicat Eckius, cur Bernhardus in ſuperioribus faſſus eſt deũ agere primũ illud, hoc eſt bonũ cogitatũ ſine nobis, & in ſentētia qua vtitur Eckius, dicit, deũ iſta cũ libero arbitrio operari, nũquid duo iſta operari ſine nobis & operari cũ libero arbitrio pugnāt? quādo quidē Bernhard⁹ poſt pauca, cũ dixiſſet, deũ opari ſine nobis, primũ, poſtea dicit ī nobis & cũ libero ar: Liquet etiā Bernhardũ de eadē re, diuerſis nominibus locutũ, illāq; rem, mō liberũ arbitriũ, mō nos, mō homines nũcupaſſe, cui quidē opinationi titulus libri, e quo iſta decerpſimus, ſuffragat, ſiquidē de grā & libero arbitrio inſcribitur, Hic eſt globus qui Eckiũ Lypſię torquebat, hę ſunt tricę quib⁹ hęſitabat, & certe quantũ poteram coniectura aſſequi, voces ſuas, nec ipſe intellexit. Conſpicetur igitur inquiſiti⁹ & exactius Bernhardi ſenſum diſcrepantiũ nodum diſſoluat, ſed videat ne duos inextricabiliores ſtringat ad cumulum hu-

iuſmodi diſſidentię, valet illd quod gratia excitat liberum arbitriū, vt idem autor inquit, quia excitatio & euibratio ſomnum vel vinculum quoddam, quo iacens ſpiritus impedit, depellit, quo poſſit aſſurgere liberius, Attamē Bernhardus dicit iſtam excitationē fieri ſine nobis, & in ſententia ſepius repetita, quā Eckius veluti arietem quatiendis muris impingit, teſtantibꝰ lr̄is docet deū cū libero arbitrio bonū cogitatū oparí, & qd in ſolo hoc primo pueniat.

Præterea quis theologorū non miraretur, reliqua Bernhardi verba, qui vim noſtrā cogitādi pueniri imiſſo cogitatu inqt, at non perinde velle & perficere pparari, nemo niſi pelagianꝰ ibit inficias bonū velle nobis inſpirari, cęterum, & quis eſt qui negabit, perficere quoq; nobis deſuper donari? niſi qui habēt labia doloſa & linguā magniloquā, qui dicit linguā noſtram magnificabimus, labia noſtra nobiſcū ſunt, quis noſter dn̄s ē? quoniā eſt conatibus vniuerſis Amaſias rex, qui nec dū veræ religionis a dei viro cōmonitus Iſrahelitarū præſidia emerat, putabat nāq; in robore exercitus bella cōſiſtere. Bella inq̄, quæ Paulus Romanos & Galatas docuit, Nemo profecto vel bonam voluntatē, vel bonū perficere alicunde, q̄ deſuper a patre cęleſti recipiat, ne cuipiam anſa pbeatur dicendi, fortitudo mea & robur manus meę, hęc mihi fecit, ſed hæc pręter inſtitutum. Regredior ex Bernhardo, in premiſſis didicimus quēadmodū gratia bonum cogitatum cum libero arbitrio opatur, licet pręueniat.

ps. xi.

Pſal, xi.

ij. Paralip. xxv.

Deu: viij.

De hoc primo quod Bernhardus bonū cogitatum appellat, non audiui Eckium Lypczię addubitare, quin opus bonum ſit a deo totum & totaliter, nempe me opponente crebrius dicebat. Si perficere eſſet a deo, de quo Bernhardus & nos iam diximus, Tū continuo ſubſcriberet propoſito meo, ſed q̄ ridiculus mihi Eckius erat, nullus hominum melius me nouerat, conſenſit ergo mihi bonum cogitatum, quē Bernhardus primum vocitat, eſſe a deo totum & totaliter, quod ſi nō adſentitur, neq; em̄ omnia acta continent, reſpondeat hodie.

Cæterū reliqua Bernhardi verba pp oſitę ſentētię perſequitur.

Q ūo gratia comitet & cooperet li. arb.

qui aſſerit deum vel gratiam, in primo ideſt bono cogitatu p̄-
uenire liberum arb: in cęteris autem vtpote, velle & perficere
comitari, atq; cooperari, verba Bernhardi hęc ſunt, vt tantum
illud in primo preueniat, in cęteris comitetur, ſcilicet gratia, ad
hoc vtiq; præueniens, vt iam deinceps cooperetur, hæc ſunt
verba illa humida & lapſantia, quibus locutor importunus
plateaſmo defluxit. Hæc ſunt reformidabilia ſcholaſticorū
numina, quę ſola ad literam citra ſenſum genuinū tractari vo-
lunt, quę nemo attingere audet, niſi trienniū in paruis logica-
libus & Chryſopaſſo abſumpſerit, quo tanta portenta ſyllo-
giſticis captionibꝰ inuolueret & Methaphyſicali rōne ſecundū
Auerroē deinde diduceret, Hæc ſunt quę rotūdo ore & nullo
pondere, quaſi fulmina Eckius Iaculator & velut carbonem e
ligno flagrante cū crepitu expuit, parturiūt montes, enitentes
ſpectate, miraculū prodit, Deus vel gratia comitatur & coopa͞t
libero arbitrio, ergo opera bona nō ſunt a deo tota & totaliter,
Illi tamē vel affine videtur ꝙ gratiā dei in ſolo primo faciēdo
ait preire. In cęteris aūt efficiendis ſequi, & quod liberū arbitriū
antecedat, gratia ſubſequa͞t, ad hoc vtiq; preueniens, vt in alijs
comitetur. Hic Eckij concitationē audiſſes ſęuiſſimā, Hic An-
dreas quaſi homo Bernhardi neſcius, tanta verborū grandine
preſſus muſſat, glorias quas flauerat ille inanes demira͞t, Hiſq;
verbis inimici forteſcūt, quod apud ſcholaſticos ea didicerūt,
putantq; oībus modis hanc eſſe Bernhardi ſententiā, quam
Eckius eſſe volebat. Hic magnus ille theologus, qui ſacris de
Ironia in Emſerū. lr̄is nō quiuerat male pronūciare Emſerius ſcribēdo aduerſum
me obtrectationis tragicā anſam arripuit, atq; me tanq̄ floccū
paruifecit, quod Eckio (cui iuditio eius preſtantiſſimi theologi
cōparari abſq; piaculo non debeam) in re tam manifeſtaria re-
luctor, Et quia Eckiū fecit oīa, non poterat me facere qđ dā
aliud, quā nihil, quod vexationū & ſcōmatū plenus fuerim,
hoc eſt illiꝰ adeo modeſti & eruditi theologi ſuper me decretū
quem officiū veritatis ad id ſcriptionis genus propellebat, ex-
emplū ſuarum literarum penes me extat, quas ad Canonicum
quendā Miſię dedit, aiunt cucullatos predicatores ſcripta illius
Scribe ſeritatis ꝓ veritate glomere magno nugarū in populū ocioſa contione, & illius
modi nugis accommodata iaculatos, Porro ſi vere ſunt, quas
theologus ille, ſuiq; ſimiles de me ſufflant bullę, intellectu
ſunt, qui vel acta diſputationis, vel operam hāc ſane ſua ſ
tatione dignantur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0010-4

Ad rem, ego cū Eckio tū conflatoribus ſuis, & Bernhardi ſen-
ſum inſequentē, & Auguſtini mentē in ep̄l'a cvi. contra Pela-
giū conſcripta oppono. Auguſtini verba hæc ſunt, Nō grām Auguſt:
aliquid meriti pręcedit humāi, ſed ip̄a gratia augetur, vt aucta
mereatur perfici, concomitante, non ducente, pediſſequa, non
preuia volūtate, Patet ex hac ſententia ꝙ gratia etiam in cęteris,
hoc eſt bono velle, & bono perficere, p̄cedit, & liberū arb: co-
mitatur & ſequitur. Itaq; gratia dei p̄uenit quod ille dixit, qui p̄s lviij.
fortitudinem ad deū cuſtodiens, ait, quoniam deus ſuſceptor
meus es miſericordia eius p̄ueniet me, Ac vt tam p̄cedētia me-
rita, tam ſubſequentes vires ꝓprias & preuias negaret, ſiquidē Miſericor-
vt incipiamus enūciauit. Miſericordia eius p̄ueniet me, vt autē dia ſubſe-
perficiamus dictū eſt. Miſericordia eius ſubſequetur me, cuius quens.
non eſt ſenſus, ꝙ gratia in faciendis operibus volūtatem ſubſe-
quatur, ſed contrarius, ꝙ gratia ad hoc vtiq; nos ſubſequitur p̄s xx.
vt faciamus, & ita ſubſequendo, p̄cedit, vnde Eccleſię p̄catio,
Tua nos queſumus ſemper gratia p̄ueniat & ſubſequat̄ ac bo-
nis operibꝰ prętet eſſe intentos. Eſt aūt ſubſecutio nō reſpectu
liberi arbitrij, ſed gratię, vult etēm q̄ſi illud dicere, qđ Ioānes, Ioannes i.
de plenitudine eius accepimus oēs gratiā pro gratia.

Preterea Bernhardꝰ aliter q̄ illi volūt, vocabulis vtitur, poſſu-
mus reuera ex circūſtantibus verborum ſignificantiā accipere.
Bernhardus aūt poſteaq̄ aſſeuerarat, grām in cæteris comitari
& cooperari, protinus adiecit, ne quis nimiū & cōtente verba
obſeruans laberetur, & quod Bernhardus noluit, ſentiret, ad- Bernhardꝰ.
iūxit inquā, Ita tamē quod a ſola gratia ceptum eſt, ab vtroq;
perficitur, ecce abſq; vocū velo ait, quod a ſola grā eſt cepṫū.
Ex quo verbo quid poteſt aliud ſciri, niſi ꝙ cętera duo, hoc ē,
& velle & perficere ſola gratia incipit, Si autem ſola grā incipit,
conſequitur ꝙ nec liberū arbitrium, nec quoddam aliud, om-
nia iſta, & cogitatū, & velle, & perficere incipit, quod ſi verum
eſt, & genuino ſenſu Bernhardi intrinſecū, profecto praue &
perperā cū illi exponunt, qui dicunt gratiam comitari tm̄ vo-
lūntatē, in cęteris, diſcrepāt nimirū illa, ſola gratia incipit bonū
velle, & gratia comitatur voluntatē, cū eſt in bn̄ volendo.

Cauendū ergo eſt, prout Bernhardus docet, ne cū hęc inuiſibi-
liter intra nos ac nobiſcum agitari ſentimus, aut noſtre volun-
tati attribuamus, quę infirma eſt, aut dei neceſſitati, quæ nulla
eſt, ſed ſoli gratię, qua plenus eſt, ipſa liberū arbitriū excitat cū
ſeminat cogitatū, nota primū, ipſa ſanat, cum īmutat affectū,
hoc eſt ſcđm ipſa roborat vt perducat ad actum, qđ eſt tertiū,

ipſa ſeruat ne ſentiat defectum, quis ē tam ſaxeus qui literas intelligit vt dicat Bernhardū verbū comitari ſignate atq; proprie elocutum, tam p̄cedentibus q̄ ſequentibus commonſtrat ſe pro tota ſua virili confiteri, gratiam om̄ia iſta inchoare, & ad finem deducere, qui ait cauendum eſſe ſummopere ne cum iſta intra nos, ac nobiſcum agitantur noſtræ volūtati reputemus, quę infirma eſt,

Num attribuā claudo & contractorū neruoꝝ homini greſſū, qui intrinſecus nullū habet ſpiritū, ſi ego in pedes illū erigā, deinde poſterius poſitū crus & articulorū & poplitū cardines moueam atq; p̄ducam, ideoq; cū crure altero efficiā: nūquid tā infirmo & impedito ambulationē attribuas. Ita q̄q; de mortua volūtate hōis, eius q̄q; opationibus oīm parabolarū Chr̄i cōſenſu, quas cū de infirmis tū defunctis dat, fandū ē & ſentiēdū, Proinde cauendū & admodū metuendū, ne infirmę volūtati, qđ dei eſt, adſcribamus, Nihilo igit̄ verbula illa comitatur & cooperatur opinatiūſculā Eckij & ridiculā eius inuentionē adiuuant blatterātis, opus bonū eſſe totū a deo, ſed nō totaliter, Cauēdū erat o Ecki ab auro toloſano, quod Lipſici tui collectores e direptione eccleſiaſticoꝝ attulerāt, ſi ab attactu contínuiſſes, nō puerili, miſero & crutiabili vocis diuerticulo apud doctos traduxiſſes teipſum.

Verba comitat̄ & cooperatur non pariūt hoc mōſtrū, ſed non totaliter.

Cooperamur aūt nos gratię ſicut ferula cooperat̄ pędagogo diſcipulū cędenti, & ſerra illi, qui eā trahit, atq; ſecuris in ſe ligna ſecanti & findenti. Vnde Paulus Corinthios ab illorū errore, qui ab Ap̄ſis velut autoribus ſibi cognomēta aſciſcebāt, dep̄cabatur & vindicabat, quid eſt Paulus: q d eſt Apollo: inqt, niſi miniſtri ei⁹ per quos credidiſtis, & vnicuiq; vt dedit dn̄s, aperta ſentētia, Ap̄lus vnūquemlibet miniſtrū dicit, vt ei dn̄s dedit, qđ ad Ro: xv, dicit. Data eſt mihi gratia vt ſim miniſter, ideoq; intulit, Itaq; neq; qui plantat ē aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementū dat deus, Perſpeculetur Eckius illud inferendi genus, Itaq; nō eſt aliquid qui miniſtrat, nihil aūt, & nō aliquid, ęquali currūt pondere, At ſi nō eſt aliquid, conſequēs eſt miniſterium illud, eſſe totaliter dei, alioqui eo ipſo ꝙ nō eſt totaliter dei, erit aliquid hominis, Paulus vero ip̄m totū miniſtrū diffiniuit nihil vel nō aliquid eſſe, ne ſapiētes ſe inſipiē-

I. Corint: ij.

Roma: xv.

tib⁹ preferrē̄t, idonei minus idoneis, infirmis fortes, Propterea Paulus ſubiũxit, & is qui plantat, & qui rigat vnum ſunt, quia vterq; aliẽnũ agit negotiũ, neuter ſuũ, ꝙ ſi miniſteria apoſtoli tam ſui abnegationem ſpirant: quanto amplius ea quæ ſolius ſunt charitatis: & quæ fidei per dilectionē operãtis: Notũ eſt ex his, quomodo liberũ arbi: gratię cooperatur, gratia etenim agit & mouet, ſicut manus viua, motũ inſpirat baculo, qui pcutienti cooperat. Hinc Paulus concludit aſtrictius, Etem̄ dei ſumus cooperarij, vos aũt dei agricolatio, dei ędificatio eſtis, iuxta gratiam dei quę data eſt mihi ædificaui. Duo tribuit deo, & munus gratiæ, & iaciendi fundamenti vires atq; facultatem. Cooperatur autem nobis gratia, cooperationis genere diuerſiſſimo, Ipſa, viuificat, excitat, ſubrigit, promouet, impellit, nos mouemus inquantũ mouemur, currimus inquantum trahimur.

Quo ordine q̃ue cauſe gr̄e & gr̄a & volũtas ſimul totum opus bonũ & totaliter efficiant.

Occupari aũt nõnullos vereor, qui nimia reuerentia literis alligantur, atq; illos eo amoueri, ꝙ Bernhardus affirmat illud quod gratia incipit, ab vtroq; ſimul totũ perfici, verba ei⁹ ſubſcripſi, ¶ Ita tamen qđ a ſola gratia ceptũ eſt, ab vtroq; perficitur vt mixtim non ſingulatim, ſimul non viciſſim, per ſingulos profectus operentur, non partim gratia, partim liberum arbitrium ſed totum ſingula, opere indiuiduo peragunt, totũ quidem liberum arbi: & totum opus gratia peragit, Hęc ſunt verba attollenda ſcholaſticis, qui nec vllam eccleſiaſtici ſermonis ſanctimoniam & puritatem excerpunt, hic me ſonus viridior ac vegetior aſſultat, oratioq; ſæuiens & ferotiens ferit, premitq;, & quicquid Eckianæ factionis eſt aſſurgit truculenter, alius alium, vel digito in latus miſſo, vel oculorum cõniuentia, ad ſpectandum vltimum hoſtis caſum inuitat, nihil Eckiana cohors certius habet, q̃ victoriam, aliquandiu erat anceps prelium, ſed tum lætabantur, venabulum Eckio porrectum, quo preſenti animo, aduerſarium me ſuũ, poſſet ſternere, vulnerare & ſuæ ditioni dedere, hanc nimirum tam vehementem & vrgentem decernunt ſententiam, quam modo appinxi, ꝙ ſola hæc precludendo huic ſpiritui ſuppetat, diſtenduntur predicatorum cuculli, inſurgunt omnes omniũ æmulorũ criſtæ, e ha vincitur Andreas: hic nullũ diſcrimen ſcholæ & fori, litiũ



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0013-1

diſputationẽ, pręceptorũ & periculorũ, cęlũ & terram miſcent, ſolam gloriolam quęrũt. At quorſum verſum ſit, diſputationis acta indicabũt, Ego quanto alacriorem illorũ animũ conſyderaui, tanto ſtolidiorem & ad lr̃as ineptiorem exiſtimaui. Bernhardi verba expendam, qui dicit, & gratiã & liberũ arbi: ſimul, & opere indiuiduo, totũ opus perficere, nullam mihi, verba hęc, difficultatem perſpiciendæ ſententiæ ingeneraſſent, etiam ſi reliqua contextus non haberet, nempe ſeruata ſimilitudine hominis vel infirmiſſimi, vel demortui, quẽ quiſpiam in pedes ponat, deinde pedem ante pedem ꝓponat, euntemq́ʒ faciat, ſi conquiram, quiſnam greſſum & ambulacrũ peragat, Num reſpondebis? vterq́ʒ, & is qui motũ facit, & is cuius ſunt crura, ac & opera quidẽ inſepata, vnũ opus greſſionis agunt, ſimul non viciſſim, qm̃ nõ itur viciſſim, niſi vno eunte, alter interquieſcat, quod in parœmia ꝓpoſita, neq́ʒ cogitari poteſt, ſimul ergo mixtim, Etẽ niſi ſanus ille infirmo, iterationẽ inſpirãs, & rurſus hic illi miſceretur, neutiq̃ graderetur, totã ambulationem peragit ille, qui infirmũ mouet, totam qui vadit, totam rotationẽ peragit, qui rotã rotat, & rotatũ totũ rota ꝑagit, totam fiſſionẽ agit, qui lignũ findit, totã & ſecuris in qua finditur, Neq́ʒ põt in huiuſmodi indiuiduis opationibus, vel eſſe viciſſitudo, ſiquidẽ alterũ alterius eſt inſtrumentũ, quo fit, neceſſaria illorũ cõmix... alterũ preter alterũ, nec operatur nec agit.

Viciſſim.

Liberum arbitriũ, quod autor infirmã voluntatẽ caute & ſignificãtiſſime appellauit, eſt inſtrumentum in quo, quod deus ſuę charitatis opera perficit, Iuxta Apl̃m ipſius ſumus figmẽtũ, conditi in Chriſto Ieſu ad bona opera, quæ p̃parauit deus vt in eis ambularemus, paradigma ẽ ꝑpoſitæ parabolę cõmodum, porro flexus ille aureus Pauli, gladiũ retrudit in ferientes Lypſicos Eckianos, & totũ eorũ acumen extundit, nã vel mediocriter legenti non poteſt non occurrere, deũ eſſe autorem operũ bonorũ, qui fuit artifex perſonarũ, Deinde q̃ ſumus iſtrumenta quę deus in Chriſto Ieſu ad bona opera formauit, vel vt ſolet Auguſtinus orationis filum referre, ſumus creati in bonis operibus, hoc eſt quẽadmodũ ille docet, deꝰ creat bona opera, quod poſtea Paulus verbo expreſſiore effinxit, cum ait, quę p̃parauit deus vt in illis ambularemus, ſuperuacanea eſſet prioris exempli infirmi hominis repetitio. Rurſus inquit Apoſtolꝰ. Deus p̃parauit opera illa vt in eis ſtaremus, imus igit, ſed quis languidos nos attollit? quis in pedes promouet? qs

Ephe: ij.

in paſſus pedes diſponit? niſi is qui nos creauit ad progreſſio-
nem, quã petit, qui ſupplicat, greſſus vię dirige ſecundũ elo-
quiũ tuũ. Item ps. xxiiij. Dirige in conſpectu tuo viam meã.
Et ps. xxxix. Vias tuas demõſtra mihi. Itẽ. xxxix. Apud dñm
greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet, tuã deſyderabit
homo viã dñe, quãdo ipſi greſſus dirigũtᵉ apud dñm, Hiero:
vertit a dño greſſus eius formantur, & viam eius volet, Omes
etem vias dñs deus pręuidet, & præparat bona opera vt in eis
eamus. Cuius ergo bonus hominis greſſus? nũquid dei & ho-
minis? num totus vtriuſq; ? Quinetiã totũ deus, totũ homo
peragit, totũ gratia, totũ librum arbi:, totum deus efficit, totũ
liberũ arb: ſuſcipit. Ambo aũt opere indiuiduo peragunt ſi-
mul & mixtũ. Si deus non infunderet, volũtas non raperet, ſi
nulla eſſet voluntas, deus nulli voluntati infunderet. Idcirco
deus in genere cauſe efficientis & pręparantis, volũtas vero in-
ſtrumentaliter operatur bonũ. Deus opa pręparat, nam quos
prædeſtinauit, Vocat ad opera pręparata, & ea largiens iuſtifi-
cat, ex impio piũ efficiens, nihil tñ agit effectiua, dum iuſtificatᵉ
voluntas, ſed dũtaxat recipit. Quin ex deo, in ipſo, & per ipm
ſunt omia, & illius miſeretur, cuius eſt miſertus, & cui volue-
rit, nihil ergo voluntas facit, niſi ꝙ opera quę deꝰ infert, capit,
& in eis ambulat, ſicuti figuli rota perficit rotatũ, quem is qui
rotat, ei impertit vt in eo, donec rotet, currat, ſimiliter volũtas
in operibus ambulat, videtis patroni dulciſſimi, volũtatẽ vitę
infirmam vocari, & inſtrumentaliter ambulationes in vijs dñi
peragere, hanc meam, imo ipſe ſententiã perſpicuitate ſumma
Paulus ad Corinth: perſtringit, plus inquit omibus laboraui.
Nõ ego tamen, ſed gratia dei quæ mihi adeſt, quando prius
corrigit Paulus, quod dixerat laboraui copioſius, imo (inqt)
non ego feci, ſed gratia dei, quę mihi adfuit, Totam effunden
tiam boni operis, ſoli deo reputat, & inſtrumentũ hoiem, illius
laboris aſtruit, Nempe vt figulus motę rotę adeſt, ita gratia vo
lũtati in præceptis dñi eunti, & peccata ſuperanti adſiſtens im-
plet præcepta & a peccato liberat, gratia ait quę mihi adfuit, ꝗ
in me eſt, illa laborauit, non ego, Bene, captũ eſt exemplũ noſt
rum, hominis pene demortui, qui totidem de vitijs & vulne-
ribus confoſſus quot voluntati ſtrangulandę & necandę ſuffi
ciũt, qui in iumentũ grę inponitur, & ad ſtabulariũ cuſtodien-
dus curanduſq; ducitur. Quod Chriſtus docuit paradigma-
tis propoſiõe, Idem hoc Paulus Euangelij Chriſti prædicator
infuſiꝰ ac demũ manifeſtius ante hoium oculos pingit. Chrus

Gratia quæ hõi adeſt, nõ homo, laborat.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0015-3

nequit, ꝙ ſauciatus in iumentum recipitur. vt ad ſtabularium deuehatur, abnegationem vię itineris & progreſſionis nos illo erudiens apologo, Paulusque quoq; Chriſti ſeruus non ſe confitetur laboraſſe, ſed gratiam cũ eo, hoc eſt, illa gratia laborauit, quę mihi adfuit, hęc me impulit vexitq;. Vulneratus dicit, nõ ego in hoc diuerſoriũ conceſſi. At ſamaritanus imponens me in iumentũ ſua gratia qua mouebatur alligabatq; vulnera, infuditq; oleum & vinũ, ille me duxit. Ego ſecuris, ſerra, baculus vas, figmentum ſum, in quo, & per quod, deus facit, ipſe ducit, vehit, impellit, ego aũt ducor, vehor, impellor, moueor, & in operibus ijs, quę ipſe operatus eſt, eo, curroq;, ideo illius ſcz opera tota, nec vnq̃ dubitaui eſſe totaliter.

Lu:x.

Vulneratus non iuit, ſed vectus eſt.

Equidem cũ voluntati, tum deo pluſq̃ Eckius tribuo, deo totum bonũ opus & totaliter, itidem voluntati opus bonum, totũ & totaliter adſigno, ſed religioſius multo q̃ Eckius, namq; voluntatem eſſe memorem volo, nihil ſe habere, niſi quod receperit, & periculi & damnationis cõmoneo, veroq; ne ſibi quippiã arroget, ne in hãc blaſphemiã & pene hæreticam vocem precipitetur, quam Eckius inculcat, opus bonum eſſe quidem dei totum, ſed non totaliter, infeſta vtiq; vox eſt, e qua grande quiddam impiũq; malũ impendet Sit vobis, viri multi & celebrati nominis, ſomniũ obſcurum & ignobile, totum ſed non totaliter, monſtrum ſiquidem eſt nocentiſſimũ & inſolentiſſimũ, quod ne dialectici paterentur in ſchola, volo liberũ arbi: acclamare, deus cuius eſt totum quod eſt optimũ, & itidem, deus a quo bona cuncta procedunt, a quo ſancta deſyderia, recta cõſilia, iuſtaq; ſunt opera, da vt cogitemus, q̃ recta ſunt, da vt q̃ recta ſunt faciamus, ita velim hominẽ cor ſurſum tollere, gratias agere, & beneficia vniuerſa agnoſcere, ꝙ ſi argutari malit, non æmulet̃ veſtigia Eckiana, at eminus & lõginquius aliquãto Enthymema effingat. Hoc ordine, ſi cũcta bona a deo procedũt. ergo nulla a nobis, ſi totũ eſt dei qđ eſt bonũ, ergo nil illius boni noſtrum, proinde totaliter dei ſunt opera charitatis, q̃ tota refert accepta, alioqui, quod facit Eckius, deũ nobis benefacientem in Iustrahemus.

Nõ totaliter vox impia.

Eccleſię præcationes Romanę.

Adde quod Bernhardus, ſenſum quẽ ꝓleci tanta claritate verbor: inſequentiũ illuſtrauit, ꝙ incurret oculos in verba eiꝰ leuiter attendentibus, atq; non poſſit eũ non intelligere lector modo ſignificantias vocum nouerit, Nam cum adfirmaſſet, liberum arbi: ſimiliterq; gratiam, opus totum peragere, co-

Eckiũ pluſq̃ acute videre quãdo eius ĩtuitu, Bern: ſentẽtia velut murꝰ ariete quatiť & perit.

tinuo adiunxit, quo genere cauſarum, cum totum inquit in illo, totum ex illa. ¶ Totū opus peragitur in libero arb: ¶ Totum agitur ex gratia, ¶ Gratiā operatricem, volūtatem receptricem vocat, ¶ Quis iā ignorat, ex, p̄poſitionē cauſe efficientis indiciū, ¶ Poſt pauca ſubijcit, ꝙ liberꝫ arbi: accipit velle, & currere a deo, quo dicto, diſperguntur & tenebrę & fuligenes, q̄s poſſit quiſpiā nō minus neq̄ter q̄ inſcite inferre illi ſentētię. Totū in libero arbi: agitur, vt dicat, in p̄poſitionē, & inſtrumētum denotare, & actiuitatem aliquam, ¶ Prudenter igitur in libero arbi: opera illa peragi addit Bernhardus, quod a deo, ea illud recipiat q̄ tū pertinebit ſed non totaliter, Si propter volūtatem (in qua opera illa ſancta digitꝰ dei conſcribit) dicam eſſe a deo non totaliter, non aduerto genus cauſe de qua loquitur, hoc quero, a quo opera formentur. Reſpondet Eckiꝰ a deo, ſub inde diſquiro an tota, non audet negare Eckius. At de ſola efficientia cunctorhominē, nec dū poſtulo cui infundent & Eckius, ne ocietur, Reſpondet non totaliter, neqꝫ potuit cauſam vel rationem reddere inſulſi ſui reſponſi, neqꝫ aliquem Eccleſiaſticorum citare, niſi ꝙ Bernhardꝰ dicit, totum in illo ſcz libero arb: ex quo ſubintulit Eckius ergo a libero arb: Bella ratiocinatio. Rem itaqꝫ ridiculam ac ineptam, hominibus deridiculis & ineptientibus denarrat, quod complacidum fuit diuerticulum quamlibet leue & futile, neqꝫ diſplicuit & altera illius inſcitia, Bernhardum in prima pagella libri, de gratia & libero arbit: intercidentis, qui hæc verba emiſit. Tolle liberum arb. & non eſt quod ſaluetur, audebat Eckius inferre audacter, ergo liber: arb: eſt potētiſſimum. At ego in Apologia reſcripſi, Eckium legere, quo pro quod, nam ſi habitus orationis haberet quo, bene intuliſſet. verum quia non quo, ſed quod videmus, corrupte igitur admodūqꝫ doloſe documento huiuſmodi vtitur. Quemadmodum e conſequentibus defendo, verba Bernhardi ſunt hæc, Tolle gratiā & non eſt vnde ſaluet, opus hoc ſine duobus effici non poteſt, vnoꝰ a quo fit, altero cui vel in quo fit, deus auctor eſt ſalutis, liberum arbitrium tm̄ eſt capax, nec dare illam niſi deus, nec capere valet niſi liberum arbitrium.

Tolle liberū arb: & nō eſt quod ſaluet

Hæc nimirum omnia quæ eruendo ſenſui coegi, cōfirmant, quādoquidem aperte enunciatur opus ſalutis ita duobus gratia & libero arb: effici, vt ab vno, hoc eſt gratia fiat, atqꝫ ſimul ita libero arbitrio peragi, vt ei, vel in eo gratia opus ſalutis fiat, adeo ꝙ libe: arb: tantū capit, deus aūt auctor ſolus efficit,

adijcit opera ſalutis ideo ſine duobus non fieri, quia ea tm̄ de=
us dat & liberū ar: tm̄ capit, Attn̄ adhuc nō erubeſcit impudēs
argutator lib: arb: ex Bernhardo actiuitatē ſeu efficientiam im=
ponere propter quā chamęleontē illum, ſed nō totaliter ex la
cu inferni cōperauit, quo ceu Mæduſeo capite, auditores ſtupi=
dos & lapideos habet, q nequeant, tā triſte & ominoſum por=
tentū intelligere, Diſperiam ſi nō pluſq̄ lynceus eſt, & acutiſſi=
mo acutior olim cū lippitudinem oculorꝫ rephenderem, iure
regerēdi ſcomata cōfeſtim defungit̄, & me, multo ſe obtuſio=
rem damnat ac ſonitu obiurgatorio relatrat. Ego patior, ma=
Oculatus Eckius. leq; audio, nihilq; pergo remaledicere, Fateor Eckiū oculatiſ=
ſimū, pōt ille q̄ ꝓ quod ac quicquid vult cernere & lectitare,
cæteris aūt eſt factu impoſſibile, bene legere, quę male ſunt cō=
ſcripta, Egoq; voces, velut depoſitū ex lr̄is, repeto.

¶ At tantorū heroum eſt imperium & maieſtas interuertendi
lr̄as, ſyllabas. ¶ Secūdo luminū beneſitio eſt me Ecki⁹ beatior,
q ſubrecta in altū fronte & diſſimulata inſpectatione chartas
domi peruiſas, & noue allatas, tanta celeritate Lypcziæ in diſ=
putatione pronūctiauit, vt niſi his oculis vidiſſem afferri ſchæ=
das, nequaq̄ chartis collectaneis vſum, credidiſſem.

¶ Non mihi tanta eſt mea dextera, neq; barba, neq; caput, q
per ea iurare audeā, deū vero teſtor, q vidi, cōſpexerūtq; mul=
ti, quendē prædicatorem ſplendido cucullo inter concionē
auditorij ſedentem pone Lipſicos Theologos, qui per man⁹
ſubſidiarias Eckio miſit ſchædam, quę ſagittas afferebat, ꝓpul=
Martinus Lutherus. ſandas in Reuerendū & doctiſſi: patrem Martinū Lutherū do=
ctorem & Theologię profeſſorem Vuittenbergi prim ę virū
celebritatis, ſchędam illam, ac quę cōportabat miſſilia, in ſug=
geſtu expenſam reponit diſſimulatim, diſiectis de hinc, impe=
tu manibus, miro artificio, ita ſpectat deorſum ſchędam, q cū
aliud prorſus agere putares. ¶ Hoc ipſum artifitiū, legendi ad
pedes recondita, erecto præcipue capite, præacutis ac opido
ludibūdis oculis acumen humi figentibus in eo hoīe primas
Pingitur Eckius. habet, Secūdas clamor, Tertias excurſus ad aliena cauſę, quar=
tas & primas ſcripturarꝫ violentus abuſus, illa hora ſcędam al=
latam, & quę continebat, tanq̄ ſua, domiq; efformata, veluti
q; perſpectiſſima denūtiat, ac in Martinū contorquet, tunc ar=
tem demiror, nam ars eſt nulla, quæ hoc agit, vt appareat, his
oculis tunc nihil dilgentius obſeruaui. Merito igitur Lipſi=
ci collectores operarꝫ, & ſi ſteriliū ac infęliciū, quas dare roga=
ti, non ſuperſedentes, honorem, virtutis tantulę p̄mium, mini

meq;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0018-0

mecꝫ faſtidiendũ repoſcũt, Eckĳ vero ſublimitate nihil exaudiente, nihilqꝫ retribuente Collectores iactatione pręſtitorum auxiliorũ, q̄ niſi(vt aiũt) diſpenſaſſent, decubuiſſet, debitã honeſtitudinẽ indipiſcuntur, & a nobis Apoſtolos, quos tumor appellati Eckĳ non dat, recipiũt teſtimoniales, earũ teſtes opaꝝ quas locarũt.

Enthimema Eckĳ.

Videt Ecki⁹ q̄ non extant, videt quod pro quo, perſpicit totum, ſed non totaliter, poſtremo nouũ inferendi genus ſpeculatur, qñ indomitus diſputator ſic arguatur, Bonũ opus totũ eſt in libero arb: ergo a libero ar: & per conſequens nõ totaliter a deo, pluſq̃ acute videt, eius etẽ intuitu male habet Bernhardus, interit ſententia , concidunt verba, plus inq̃ acute inſpicit Bernhardũ, qñ quidem in eo cõſpiciatur, quę ipm̃ Bernhardũ ſcribere puduiſſet.

Velle bonũ fieri a deo totũ & totaliter.

Cogitatũ bonũ eſſe totũ & totaliter a deo, qui eſt, vt Bernhardus inquit, noſtræ ſalutis exordiũ, qđ nec per nos vtiqꝫ, neqꝫ nobiſcũ fit, arbitror Eckiũ mecũ ſentire, cũ nihil facimus in primo. At conſenſum, quod velle nonnũq̃ is auctor vocat, licet Eckius totũ deo cogatur tribuere, quia om̃ia tria illa q̄ cõmemorauimus, ex gratia tota ſunt, & cauendũ eſt ne nobis vendicemus, Tñ qñ audit iſtiuſmõi velle, nobis in meritũ reputari, ac nobiſcũ peragi, tuendę ſuę opinionis cauſa, negat eſſe a deo etiã totaliter, q̃q̃ aperte Bernhardus ediſſerat nihil , ex nobis fieri, verba eius ſunt ſuppoſita, Verũ conſenſus & ſi nõ ex nobis, nõ tñ ſine nobis, dilucide negans velle eſſe ex nobis, & qđ ſit, nõ tñ ſine nobis ſubiectis docet, quia hoc eſt in nobis in libero arb: & a deo accipimus velle, item & ꝙ deus ĩmutando prauã volũtatẽ, iũgit ſibi eam per cõſenſum, adde ꝙ in ſequẽti & p̄cedenti columna, velle dicit eſſe dei munus, verba eius hæc ſunt, Proinde ei non a ſe vt dictũ eſt, ſed deſurſum a patre luminũ deſcendere merita putentur, Item rurſum dona quæ dedit hominibus, in merita & p̄mia diuiſit. Si vera eſt, quã poſui ſententiã & aliquid meriti a nobis eſt , male Bernhardus dicit, merita a libero ar: non eſſe, nam ſi aliquo modo ſunt a nobis, falſum eſt quod ille ſcripſit, falſum eſt ꝙ a patre luminũ deſcẽdunt, ſi a nobis ꝑmũ aſcendũt, & vbi armatura dei, qua ſe auctor p̄munit, erit frugifera, tutatur. n. ſua, illo Chriſti, non vos eſtis qui loquimini , ſed ſpũs patris veſtri qui loquit̃ in vobis. Item illo Apoſtoli, an experimentũ eius quęritis qui loquitur in me Chriſtus. Et illo ꝓphetę. Deus operatur ſalutẽ in medio terrę. Itẽ teſtimonio Iacobi qui teſtatur omne bonũ de patre

Velle bonũ dei munus.

Matthæ. x.

ĳ Corin: xiĳ

Ro: ix. venire ſuperno, preterea non eſt volentis neq; currẽtis, ſed dei
miſerentis, Inſuper iſto Hieremię, Sana me dñe & ſanabor, per
quę Apoſtoli Pauli auctoritatẽ, aiẽtis, bonũ certamẽ certaui,
curſum cõſumaui, de reliquo repoſita ẽ mihi corona iuſtitiæ,
quã reddet mihi iuſtus deus, ad hoc adhibet, vt dicat meritũ a
deo dari ꝓpter quod, virtute tũ ꝓmiſſionis dei, ex iuſticia, nõ
hominis, ſed dei, corona exigitur, & expreſſis v̾bis fatetur deũ
eſſe factorem boni conſenſus (qđ eſt bonũ velle) ac volũtatẽ
ſolã recipere, igitur totũ a deo & totaliter effectiue venit, verba
eius ſunt ſubſcripta, porro coadiutorẽ deus fecit, quẽ fecit vo-
lentem, hoc eſt ſuę volũtati cõſencientẽ. Si ergo volũtas a deo
eſt, ergo & meritũ, ſed nõ eſt dubium, quin a deo ſit velle, hæc
verba cũ ſint conſpicua & cõprobant, qđ volui, non ſunt ſu-
peruacua expenſione inculcanda, ſatis eſt voluntatem tm̃ ca-
Vitatꝰ cauillum. pere bonũ velle & nihil efficere, adiungo vitandi cauilli cauſa,
quod Dauid faſſus eſt & docuit, velle bonũ eſſe a deo, quodq;
velle tm̃ deo placet, quantũ recipienti volũtati dedit, verba de-
I. Parali. vlt. p̃catiõnis Dauid. i. Paralip: c. fi. ita ſonãt. Tua ſunt oĩa & quę
de manu tua accepimus, dedimus, ſi oĩa, ergo bonũ velle, &
ſi dederũt ea quę de manu dñi receperant, velle etiã quod ob-
Velle offerẽ dũ q̃d dñs dedit. tulerũt, eis eſt datũ, Quod ſacrificauerũt velle, per illđ aſtruitur
quod populus magno gaudio, vt ſcriptura dicit delibauit,
Deinde Dauid obſecrat, dicens, hanc cordis volũtatẽ cuſtodi,
ac perſerua, Quod ſi velle eorũ nõ fuit a deo totaliter, & illi ex
toto corde obtulerũt, conſequit̃ ſanctos illiꝰ ſacrificij ſeruulos
deo plus obtuliſſe, q̃ a dei manu receperũt, At hoc affirmare
nihil aliud eſt q̃ ſcripturã ſubuertere, Poſtremo illo loci oratio
Oĩo Dauidis. DAuidis efflagitãtis deum quatenus Salomoni filio ſuo det
cor perfectũ, mãdata dei cuſtoditurũ, cõmonſtrat, volũtatem
ij Reg. xxiij mandata cuſtodiendi, tũ a deo dari, tũ cuſtodiri, ita ij. Regum
Ezech. xij. & xxxvi. xxiij. ſcribitur. Cũcta ſalus mea & oĩs volũtas, nec eſt quicq̃
quod ex eo nõ germinet. Accedũt oĩm eccleſiarum precule, &
illud Ezechielis. xxxvi. Dabo eius cor carneũ & auferã ab eis
Cor lapideũ lapideũ, quid eſt aliud iuxta Auguſtinũ cor lapideũ, niſi vo-
lũtas duriſſima, inobediens, obmurmurans, & ex diuerſo, qđ
cor carneũ? q̃ volũtas mollis, tractabilis, obediẽs, & prorſum
obſequibilis:

Auguſtinꝰ & Bernhar. diſſidẽtia. Poſt hęc Bernhardus Auguſtino repugnare videtur, ꝙ ille
ſcribit velle non fieri ſine nobis, ſed nobiſcum, At hic contra
deum vt velimus ſine nobis operari, verba Auguſtini i libro
quem de gratia & libero arb. inſcripſit, capite ſeptimo, hęc ſunt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0020-0

Vt ergo velim⁹, deus ſine nobis operatur, cũ aũt volumus, & ſic volumus vt faciamus, nobiſcũ operatur, Neq; diſcriminis cauſam videre in ꝓcinctu eſt, cur poſſit deus magis ſine nobis cogitare, q̃; velle, operari, niſi volũtas ſola ſeparet hominem a cæteris diſtinctius, q̃; qui cogitat intellectus: ¶ Nec ſe, eo deſendet Bernhardus, ꝙ velle eſt adſenſus deo coniũgens, nã cogitatus etiam coniũgit, virgo cogitat, q̃ dñi ſunt: Item vbi eſt theſaurus ibi oculus, & neſcio ſi plus tranſponit animũ cõſenſus q̃ cogitatus, item ꝙ inter hæc, non eſt tm̃ interuallũ & chaos, ꝙ ſemper diſſita ſunt, & ſola, Simeon cupiuit videre, vidit & petit dimitti, Adde illud, Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis, itẽ hęc eſt vita ęterna, vt cognoſcamus &c̃. In vniuerſũ inpromptu eſt, ita nos cogitare dũ cogitamus, ſicut velle cũ volumus, etiam ſi non faciamus infirmitate interim ꝑpediti, ſuppeditat aũt nobis abunde Bernhardus qđ deſyderamus, volũtatem nihil efficere, qñ deus cõſenſum infundit, ſed tm̃ capere.

Perinde cogitare nrm ac ſi vello:

Volo quoq; lectorem ad ſcribendi ſolicitudinẽ diligenter libros autoꝝ legere. Neq; id ſtatim illi perſuaſum eſſe, om̃ia, q̃ autores dixerunt, vtiq; eſſe perfecta, adhibendũ acre iudiciũ, nam & labant aliquando, & oneri cędunt, & nonnũq̃ indulgent ingenioꝝ acuminibus, neq; ſemꝑ intendũt animũ, nonnũq̃ ad commodũ opinionũ, quas tutantur, ſcripturas preter natiuũ ſenſum pertrahũt, aliquãdo defatigantur. Sũmi ſunt, homines tñ. Accidit quoq; ijs, qui quicquid apud illos reperierũt, intelligendi legẽ putant, vt deteriora immitent, Modeſte tñ & circũſpecte de tantis viris pronũtio, neq; eos damno, ſed delectũ diuerſe ſentientibus appono, Imo in vno autore vnũ alio eſt receptius, & ſtylo & moribus ingenij congruentius, & delegenda ſuadeo, quę lectorem non fallunt.

Conditio lectoris.

Summi ſunt ſed tñ hoies.

Perficere, q̃ſi velut autoriſat homi ceu ſolius capictis eſſe totũ & totalit.

Niſi ſit adamantius Eckius, ita auctoritatib⁹ ſcripturarum quas depromſi, demultus & captus eſt, vt iam inde nequeat ſentẽtiam quã probaui non ſectari videlicet, velle bonũ, eſſe a deo deiq; totũ & totaliter, nulla ex libero arb. efficientia aſſurgente. Nũc & oculos & manus cõlimabo, vt de ꝑficere (quod a Bernhardo terciũ vocatur) ꝑinde atq; ego loq̃tur, ſpero etem̃ eo ꝓfectura iacula, q̊ velim, Primũ os repũgnantis argutatoris autoritate q̃piã Chr̃i figã, q̃ haud eſt infreq̃ues egregio dño Thome Eſchau doctori, viro & comitate ſermõis, & eruditiõis multitudie ꝑſtabili, q̃ ẽ hęc, Pr̃ ĩ me manẽs ipe facit opa Chr̃us a ſua hũanitate oẽm efficiẽtiã opm ĩ deũ trãsfert, ſuꝑb⁹ Ecki⁹ tãtillũ lib:

Thomas Eſchau doctor.

arbitrio largitur, vt audeat dicere, opera bona q̄ facit homo, non eſſe totaliter dei, Chriſtus dicit, verba q̄ loquor, nō a me ipſo loquor, quis neſcit verba loquētis opa eſſe, quæ ex corde hominis exire eodē doctore Chriſto didicimus, & in exterioribus apparere, vbi dentiū vallo quaſi excubijs in ore poſitis ſepit̄ lingua, vt nr̄a loquēdi temeritas, nō cordis tm̄ cuſtodia atq; vigilia cohibeatur, nihil minus tamē audet Chriſt⁹, q̄ ſibi quicquā ſancti ſermonis arrogare, Fatetur Eckius cū Chriſto opera facturū patrem, ſed negat totaliter efficere, eoq; plus viriū ſibi tribuens, a Chriſto deſtitit, & Pelagium ſectatur, accedit autoritas Apl'i adfirmantis, nos ad opera creatos, & deum illa

Eckius Pelagiū ſectatur.

preparare, ob hoc Eccl'ia deo gratias ſubmiſſa & vera cōfeſſiōe litans, dicit, deus de cuius munere venit, vt tibi digne ſeruiatur, audis Eccl'iā veraciter dicere, ſeruitute quā ſeruiūt eſſe dei mu

Seruit⁹ quā deo ſeruim⁹ ē tota & totaliter dei & nr̄a.

nus, illam quoq; eſſe dei totū & totaliter, hominis q̄q; & totū & totaliter, qn̄ Chriſt⁹ ſua munera, dignatur facere noſtra merita, Dauid etiā cū ſuā fortitudinē, direpto ariete ex ore quaſſati leonis, ingerendæ ſpei bonę gratia Sauli denarraſſet, poſt paucula ſubiecit, dn̄s, qui eripuit me de manu leonis, ipſe me

i.Reg. xvij. Dauid. Oīa ſed non omnialiter.

deliberabit de manu Phyliſtei i.Reg.xvij. mām̄feſtarieq; erudit, & opus & facere illd' a deo eſſe totaliter, quippe ſi feciſſet oīa, ſed nō omnialiter, adieciſſet, deus liberauit me totū, ſed nō totaliter ab ore leonis. ¶ Porro Eckius abūdātię ſuæ memor, quod dei erat, ſibi vſurpans, rectius q̄ Dauid dixiſſet totus cuſtoditus ſum a dn̄o, ſed nō totaliter, ſolus nō ſoliter liberauit,

Totus cuſtoditus ſed nō totaliter. Aſa.

Hodieq; haud īmerito velut Roboā reprehēderetur, qui roboratus & confortatus dereliquit legem dn̄i, Eckius iccirco legi dei aduerſatur, controuerſia peſſima, q̄ totaliter in ea nō reperit, condiſcat, & perinde diſciplinoſus Emſerius ab Aſa Rege, ſola fiducia, opera perfici, verba Aſę ſunt hęc. In te em̄ & in nomine tuo fiduciam habentes, contra hanc multitudinem venimus. Equidem a viro dei didici, dei eſſe & adiuuare & in fugā

Vir dei. Ioſaphat. ij Parali: xx.

conuertere ſcd'o Paralip. &c̄. Scioq; docente ſancto rege Ioſaphat, homines non eſſe, qui dimicant, ſed eos, dūmodo conſitenter ſteterint, viſuros auxiliū dei ſup ſe. Non igitur paueo neq; horreſco Lipſenſiū collectorū multitudinē, neq; vereor vel Eckiū vel Emſeriū, nulla eſt apud deū diſtantia vtrū in paucis vel in multis auxilietur, quemadmodū Aſam dixiſſe recte ſcriptura cōmonſtrat, ij. Paroli: xiiij. Nullū inq; diſcrimē vtrū de⁹ totus & totaliter, quoniam ſi non totaliter neq; totus adiuuat. In illū totam ergo curā iacto, cui quando complacitū eſt

abunde opitulatur & totus & totaliter, & qñ diſplicitũ eſt, aut totũ aut totaliter ſuppetias ferre, dicere nos oportet ſi inuenero gratiam in oculis dñi reducet me. Si autẽ dixerit mihi non places, præſto ſum, faciat quod bonũ eſt coram ſe, his verbis quę ij. Reg: xv. conſcribũtur, æque deo adſcribit reductũ ei⁹ quem petit, & repulſum ſi de⁹ reducere noluerit, licet & reductio & abiectio apertũ habeãt diſcrimen in homine. Ex ſupioribus conſequit̃ ꝙ opera (quę manibus & pedibus corporũq; inſtrumentis perficiũtur, deo refert accepta ſcripturaꝝ autoritas. Quod ſi opera bellica, q̃ Doriphori Caſſidolabris, lanceis, iactatibus, & ictibus abſoluũt, atq; ab iſtiuſmodi offenſionibus, ſe thoracibus ferreis & męnibus defendũt, ita a deo petimus, quod confidenter ſolũ qui ſtant dei auxiliũ ſuper ſe vident ij. Parali: xx. & illud auxiliũ totũ & totaliter concedi fatẽtur, ergo magis opera quę ſunt proprie bonoꝝ bona ſunt totaliter dei, dicũt em̃ belligeri cũ ignoremus, q̃d agere debemus hoc ſolũ habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te, ij. Parali: xx. ex quo dicto dilucide infertur, certatores illos & peritia & viribus ſe deſtitutos fateri, ne ꝑpter eas arroganter dicant auxiliũ non eſſe totaliter a deo. Nempe quid clarius hoc textu, quo fatentur, ſe nihil habere, niſi vt oculos, a ſe, in deum tranſponant, q̃ q̃ Eckius nec ferre poſſit, nec pati, vt hanc laboris ſui ſummam perdat, laudẽ puto ex qua pendet totus. Igit̃ cũ opera iſta bellica ſint tota & totaliter dei, multo magis opa p̃cipuę charitatis. Adijce textũ hũc & precedentẽ quos rotũdo ore, nondũ lambit Eckius, & ſuus iactator Emſerius.

Mira Dauidis ſui abnegatio.

Emſer.

Abijt cũ Saule pars exercitus quoꝝ tetigerat deus corda, i. Reg: x. in fi. Ideoq; imus cũ tangimur, qñ protrudimur, & ſicut figulus rotam tangens rotationem, ita deus cor hominis contingens efficit ambulationem.

i Reg: x.

Vos ſemel compellam quibus hęc dedi, deus interim timorem inſpirat, qui cogit vel fugere vel accedere maioribus i. Reg ij. Inuaſit timor dñi populũ & egreſſi ſunt quaſi vir vn⁹, timor dñi inuadit cor & copioſam hominũ multitudinẽ coactam, q̃ ſi vnũ in obſequiũ Saulis compellit, conſtat igitur opera iſta, homines, velut dei figmenta, vaſa, lutũ, & inſtrumenta eatenus agere, obſequiq;, quatenus pulſi ſunt & a deo munera ſeruitutis accipiunt.

i Reg: xi.

Poſſet Eckius exemplũ rurſus obtendere lapidis deorſum verſus iacti, quod caſus iſtiuſmodi, precipitantia & pondere adiuuatur, & ſimiliter de hominis volũtate obgannire. At ego ho-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0023-7

minem, ſaxo quod in ſuperna mittitur rectius componendū
duco, Nā ſicut miſſilia tela in edicio ora loca ꝓpulſa, directiori
ac magis contiguo iactu volant, ita fœliciori gradu homines
Inuiti trahū tur felici⁹. vehuntur, q̊rū ꝑcipitantia & impetus, pulſu aduerſo vel tēpe-
ratur, & quo nō vult fertur, quēadmodū is, ꝗ miſſile quiddā
aut lapidem ad percutiendū ſuperne aliquid miſſurus oculū &
iiij. Reg. vij. manus iūgat, nō ſolū iacit, ſed quod plus ē, ferit, ita qui inuiti
ſunt tracti, nō ſolū ambulauerūt, ſed recte apud dñm ierūt, qđ
poſſem ſacris teſtimōijs comprobare, niſi epiſtolaris breuitas
Phil. ij. vetaret, notabilis ē hiſtoria, quā. iiij. Reg. vij. legim⁹, Fecit dñs
ſonitum ī caſtris Syrorū, ſurrexerūt & fugerūt noctu Syri, relin-
querūt tentoria, & turbati, oīa vaſa veſteſq; abiecerūt, cucur-
Operari & perficere. rerūtq; voluntate dñi turbati, cuius illa fuga fuit? nūquid Sy-
rorū nolentiū fugere? num dñi eſt conuertere in fugam? & qđ
dices noluiſſe fugere, at ſono horribili cōſternatos aīos effu-
gitaſſe? verū iſtec alicubi, modus nūc cogitādus, q̊ teſtimoniū
Apoſtoli eat in altiſſimā frontem Golię mei, proinde poten-
tiſſima Apl'i verba q̄ ad Philippenſes ſcripſit ſubdidi, Deus eſt
qui operať in nobis velle & operari, auctoritas hęc cū attrahiť,
occurrit Eckius, audax emendator limamq; apponit, ſcriptū
eſſe inquit, ꝓ operari, perficere, hoc gloſſemate truculentus pu-
gil ab ictu defendit ſeſe, At ego paratas ad pugnam opes, quas
ipe nulla audet temeritate conuellere ꝓtuli, verba videlicet Au
Aug. de bo. perſeuerātię c. xiij. guſtini, quē ipe oībus Eccleſiaſticis anteponit, atq; piaculum
ęſtimat, ſi quis ab illo latum digitū abſcedat, Auguſtini verba
quib⁹ autoritatem Apoſtoli ſupra citatā adſumpſit, hęc ſunt,
Deus eſt qui velle in nobis operatur & operari pro bona vo-
luntate, hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc eſt piū, hoc
verū, vt ſit humilis & ſubmiſſa cōfeſſio, & detur totū deo, hæc
verba, cū audit Eckius, angitur, & plurimū vrgetur, Nā Augu
ſtinus ſcribit pro perficere, operari, & huius operari ſimul atq;
ipſius velle, deū ſolū autorem & operatorem fatetur, additq;
hoc eſſe piū atq; verū, ne ſi quis audiret pietatis virtutem, ſuſ-
picaretur in veritate aliud eſſe, igitur & impius & mendax eſt
Ecki⁹ impi⁹ Eckius, qui operari deo non aſſcribit totum & totaliter, atq;
ſimul ſuperbus, quādoquidem humilis confeſſio, operari to-
tum deo acceptum refert, adiungito Auguſtini ſententiam in
Enc. c. xxxij Enchiridio ſuper ea re, quę Eckiū anxit, percuſſum illo telo.
Si Eckius propterea inficiatur, opus bonum eſſe a deo, deiq;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0024-3

totum & totaliter, ꝙ deus bona opera nobiſcum, vl' non ſine nobis operatur, quaſi volũtas ſine miſericordia dei non ſuffi=ciat ſola, ſed & cũ miſericordia ſufficiat, tunc recte poſſet dici, non eſt miſerentis dei, ſed volentis hominis, quoniã gratia dei non ſufficit, niſi ſit voluntas, verum cum nullus Chriſtianus audeat hanc vocem crepare, non eſt miſerentis dei, ſed volen=tis hominis, ob id ꝙ Paulus intonuit hanc ſententiam. Nõ eſt volentis neq; currentis, ſed dei miſerentis, vt totũ detur deo, conſequitur Eckium vel non eſſe chriſtianũ, vel Auguſtini in=terpretationem contemnere. Hãc concluſionẽ aſſeueraueram eſſe Auguſtino receptiſſimam, qua in Enchiridio c. xxxij. ex quo legi notarijs excipientibus, & ad Simplicia. li: q. ij. Ifa M. & N. vtitur. ¶ Cæterũ cum ita Eckium vrſiſſem, neq; ho=minis Chriſtiani opinionem eſſe eius aſtruerẽ, & incredulitatẽ Eckij vultu & ſonitu obiurgatorio ferirem, atq; hęreſeos ſuſpi=tionem impingerẽ, ad miſera ſubſidia confugit, cuniculos cõ=quirit, ac tum tranquillior & clementior fit, inquiens, certe ſi operari ſcriberetur? Ego viriliter obtrudo Auguſtinũ, cuius ipſe autoritate cõprimitur, & crebriorem hũc ictũ, deus operaſ, & operari mitto, ſpiniſq; iuniperi hominem ſcabo, cuiꝰ attri=tum nuſꝗ deſyderaui, Pergo itaq; aculeos penetrabiliores in imbellum hoſtem iacere, qui e veſtigio incipit ſui eſſe diſſimilis, in pulpito compaueſcit, ſtat trepidulus, & geſtus, ille artifex laſciuiens, trux affectatus, apparens & impendio geſtuoſus, & mimicus conflaceſſit, tandẽ deſinit eẽ Eckiꝰ, ¶ ideſt ardentiſ=ſimus clamator, & habitu orationis ac ſono, multo lentiore me compellat, percunctaturq; placide. Num Bernhardus di=cat, perficere, Hiu, ſubtilis quęſtio. At ego cũ animaduerterem, leporem ex caſſibus detracta pelle in ollam veniſſe, reſpondi nullum ſibi ex ſpecubus Bernhardi contingere conſilium an fugiumue. Illum ipſum Bernhardũ maximopere veritum, ne perperam contra ſcripturas accipiatur, hancq; ob cauſam, eandem rem, hoc eſt perficere, plurimis alijs verbulis ob ocu=los poſuiſſe legentium, hæc autẽ dum viciſſim impetu & ar=dore cogitationum cõmittimus, rapiuntur etiam ſcriptores ne cuncta conſcribant, Porro Bernhardus ſeipſum explicuit, ne ſibi impudens & peruicax quiſpiam lector vſu veniat, qui minute & ſubfrigide diſquirens vniuerſa, e voculis antum pendeat, ſiue quiſquam imprudens auditor, falſa religione

Scđm Eckiũ dicemꝰ, Nõ eſt miſerẽtiſ dei.

Ro: ix.

Si opari ſcri beret Eckiꝰ decũberet.

Eckiꝰ fit ſui diſſimilis.

Eckiꝰ deſijt eſſe Eckiꝰ. i. clamator.

falſa religione ſyllabis alligetur, atq; myſteriũ Eckicũ qđ ſuper infinitiuo perficere delyrat, vł intellectu vł ęmulatiõe ſequat͛, Autor ille (cuius lacu petulantiam mutuat͛ Eckius) perficere, hiſce deprompſit verbis q̃ inſequũtur, Deus miniſtrando cõſenſui facultatẽ, foris per apertũ opus noſtrũ, internus opifex innoteſcit. Item paulo inferius, verũ conſenſus & opus & ſi nõ ex nobis, non iam tñ ſine nobis, & infra, Vltimũ quod eſt perficere, plerũq; extorquet aut timor inutilis, aut ſimulatio dãnabilis. Item de currere exemplũ ponit, quod Paulus a currẽte aufert & in deũ reĳcit, hos lacus amneſq; congelatos, ſi poteſt, eat Eckius, atq; caueat ne in gelu, quod aquã habet, ignẽ myſterĳ quęrens, aquarũ vrnis inuolutus demergatur, Nuſpiam etem̃ Bernhardo, tã ſuperſtitioſus & imodicus lectitator cõplacuit, ſiquidẽ ipſe, perficere opus externũ currere, & ſimilia, nũcupat. Timeo Eckiũ tanto queſtu & cõpendio gloriarũ ac cupidine videndi calefactũ crepantibuſq; flammis caligare, ꝙ ne ſcipſum, & qđ conſtrepit, cognoſcat. ¶ Auguſtinus, Ambroſius & multi alĳ legũt, qui operatur, & operari loco illi⁹, & perficere quib⁹ accedit is, qui illis vel par vel ſuperior ẽ, oĩm theologorũ pręcipuus princeps Eraſmus noſter, cuius opera pleniſſimo obſequio atq; bñficio, totũ Chrianiſſimũ demererẽtur, qui myſteriũ illud cõmentaticiũ, quod in verbo perficere faciũt, verborũ perſpicuitate atq; euidentia ꝓculcat & cõterit, quia greca vox ενεργων. i. qui operatur, poſtea ſub mõ infinitiuo reperitur ενεργειν. i. operari, qđ eſt infinitiuũ ꝑticipĳ ſupra poſiti ενεργων qui operatur, aperte igit͛ voces reddũt qui operatur & operari. ¶ Peſſum eat igit͛ Eckiana moleſtia, ne apiculis fictícĳs quos ipſe affigurat male audiat Chriſtus, Cui propter perficere exprobremus dicturi, bonũ op⁹ & operari vel perficere eſſe quidem dei totũ, ſed nõ totaliter, Tantidem em̃ valet, Eckius eſt totus a deo creatus, ſed non totaliter, quanti opus bonũ efficitur a deo totũ, ſed non totaliter, Eckius eſt homo totus, ſed non totaliter, Eckus eſt Sophiſta totus, ſed non neq; totaliter, bona Roba.

Bernhar: de gr̃a & li: ar: col: xv.

Eraſm⁹ oĩm theologorũ princeps.

Scriptura Aſam Regem Iuda obiurgat, ꝙ corde ſed non perfecto & toto in deo fiduciam habuit, Anani ſane prophetę ad Aſam hęc ſunt verba ĳ. Parali: xvi. Quia in Rege Syrię & nõ in dñ̃o deo tuo habuiſti fiduciam, idcirco euaſit rex Syriæ de manu tua, Nõne Ethiopes & multos plures tradidit in man⁹ tuas cũ credidiſſes dñ̃o, oculi em̃ dñi contemplantur vniuerſam terram & fortitudinem, & ĳs prebet fortitudinem qui perfecto corde

ĳ. Paral. xvi.

corde credunt in eū, Stulte igitur egiſti, & ꝓpter hoc aduerſum te bella conſurgent. ¶ Propheta Aſam ſtulte egiſſe teſtatur, ꝙ & in dño & in creatura fiduciā habuit, & nō ī ſolo deo ſperauit, & illam ob temeritatem cōminitaī belligeraturos contra illū hominem, Lipſici vero predicatores infœlici cōmentatiōe Eckiū prudenter, nō ſtulte feciſſe ſcribūt, ꝙ in bonis operibus duos cōſtituit autores, deū tanq̄ principalem, liberū arbi. velut ſecundariū, quod & Aſa fatue factitaſſe fertur, Ideoq; ſtupore dignū illorū lenociniū, ꝙ ipi ſapientiores ſcriptura ſunt, & peiorem Eckīj ſtultitiam tanq̄ ſapientiam attolluut, quippe ꝙ Aſa minus egit, ponens in dño & rege ſpem q̄ Eckius qui ita in deo & voluntate collocauit confidentiam ꝙ ob volūtatē obſtrepit, bonam operationem non eſſe dei totaliter.

Eckīj ſtultitia.

¶ Proinde ſycophante in parte filiorum Belial ſunt, ꝙ ſuis teſtimonīſs & nugis bella, q̄ deus contra Eckium & huiuſmodi Sophiſtas excitauit, nihil verentur obliterare, luberet plurima alia ꝓferre, niſi breuitati & modeſtie, hāc operā addixiſſem. Cęterū alīj carbones cū crepitu expuūtur ꝙ Eckius negat apđ Eccleſiaſticos reperiri, opera bona eſſe tota & totaliter, quaſi ea, q̄ per ſe ſunt conſequentia & euidentia, abſq; tedio dicantur, liceatq; ignauis & prorſum ſuperuacaneis tautologīſs & periſſologīſs, imo barbaris & inemendatis geminationibus libros complere, & qđ vno verbo clariſſime patet, pluribꝰ onerare, Stultiſſimus eſt, qui lumini ſolis in lucidiſſimo die lucē infert, & Lipſici collectanei Eckium ſuū, vituperatione noſtū, commendant, ꝙ voci per ſe aperte & abunde reddenti, qđ illi ambigāter tractāt, TOTALITER, ſubſura neceſſario cōſequēs, nā qui dicit totū, continuo totaliter intelligit, Fabius nimium eſſe putat, tradere artem argumentorū, quæ coniugata appellantur, ꝙ nullis indigeant probationibus, verba Quintiliani annotaui, q̄ ſequūtur, His illud adīcere, ridiculum putarem, niſi eo Cicero vteretur, qđ coniugatū vocant, vt eos, qui rem iuſtam faciūt, iuſte facere, qđ certe non eget probatione, hic eſt optimi oratoris inſtitutor, admoueāt ideo pauliſper aurium veſtibula, collectores miſerarū collectionū, & Eckiū quē Oratorem p̄dicant erudiant, iuxta Ciceronem & Ariſtotelem validam eſſe argumentationē, facit rem iuſtā, ergo iuſte facit, totā rem, ergo totaliter, ſtatim profecto illi ſummi rhetores admittūt, qđ Fabio tam eſt notū, vt ridiculū ſibi videatur, qui hoc docet, qđ nō egere probatione aſſerat, Trado tibi trabē totam, ergo totaliter, tribuis mihi totum nūmum, ergo totaliter, ſi ita

Argumentū qđ cōiugatū vocitāt, bonū opus eſſe a deo totū, ergo totalitē vel ſic, Deus facit totū bonū opus ergo totaliter.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0027-0

dicere fas eſt, aquã ex vitro totã effudit, ergo totaliter, Deus infundit totã vnctionẽ, ergo totaliter, ſanat totũ, ergo totaliter. Habemus theſaurũ illũ totũ in vaſis fictilibꝰ, ergo totaliter, diripuerũt oĩa vaſa Syrorũ, ergo omĩaliter ſalua grãmatica, ille eſt Eckiꝰ grãmaticulus, q oĩbus noĩbus affingit ꝓuerbia iter, vt indoctus indocter, cui plus autoritatis ſui cõſpiratores tribuũt q̃ oratoribꝰ & grãmaticis vniuerſis. At illiuſmoĩ prꝭſtigias Eckiꝰ hoĩbus rudibꝰ offundit, vt oculi, q̃s perſtrinxit, in tã inſulſum monſtrũ directi, q d videãt nõ cognoſcant.

Deinde idẽ p̃ſtigiator auſter & humectus impтinentiſſima, & prorſus rei nr̃æ aliena paradigmata ſimplicibꝰ & illiteratis homũcionibꝰ cantat, exiſtimãs, neminẽ ſuã vafriciẽ ꝑuiſurũ totꝰ adeo ardet cupiditate gloriarũ & perplexarũ rerũ. ¶ Cæterũ,

Sĩlia admodũ perpendanda.

ſimilitudines & parꝭmiꝭ nõ ſunt citra delectũ ſpectãdꝭ, intuendũ igit̃, an exẽplũ totũ ſimile ſit, an ex ꝑte, vt aut oĩa ex eo ſumamus, aut q̃ vtilia ſunt, Itẽ vt ſunt exẽpla tota ſimilia, ſic interim ex maioribꝰ ad minora, interim ex minoribꝰ ad maiora ducũt. Cõtra etiã diſſimile ex ſe plures cauſas habet, fit. n. gñe, mõ, caſu, tꝑe, loco, cꝭteriſq; quibꝰ Eckiꝰ animũ nõ intendit, ſed repentino caſſu qcqd obuiũ currit, rapit ac ſcribit. ¶ Parꝭmiã

Quiditas generis eſt tota ſed nõ totaliter vt dicit Eckius.

de gñe & ſpecie Theologiſta ponit, fortaſſe vel Eſaiã vl' Paulũ ſectatus, dicit quiditatẽ gñis eſſe totã in qualibet ſpetie, ſed nõ totaliter. Vellem multis mõis ignorãtiã Eckij mordere, ſed nõ ſinit alioꝝ cõmoditas me inutili opꝭ addici, hoc ſcio, q̃ditatẽ aĩalis eſſe in hoĩe totã & totaliter, nã ſi recte definitur, aĩal ẽ corpus aĩatũ ſenſitiuũ mortale, tũc quiditas aĩalis eſt tota & totaliter in homine, & nihil eiꝰ extra hominẽ, niſi liceat Eckio dicere, differẽtias diuiſiuas indicare quiditatem, qđ non credo, rogo oſtẽdat q d ſit illud qđ nõ ẽ in homine, vt cũ eo ineptiã, qđ q̃ditatẽ definit aĩalis. Præterea philoſophi diſcrimẽ poſuũt inter poteſtatẽ & quiditatẽ gñis. ¶ Porro ſi Eckiꝰ eã differentiã nõ ponit, & ꝓpter differẽtias ac ſpeties inferiores q̃ditatẽ gñis eſſe in ſpetie totaliter negat, & cõcedit totã ineſſe, tũc fateri ip̃m oportet ſe eſſe animal totũ, ſed nõ totaliter. ¶ Prꝭterea ſi

Ockam.

eſſem Ockoniſta, dicerem genꝰ & ſpeciẽ eſſencialiter diſtingui, & nihil gñis eſſe in ſpecie, ſed tota & totalit̃ ſeꝑata. Si aũt Sco-

Scotus.

tiſta, dicerem hæ falſꝭ ſunt animalitas eſt rationalitas & ecõtra, Itẽ animalitas eſt hũanitas, ecõtra ratio, q a cõcipiẽdo abſtractũ vltima abſtractione, concipitur quiditas abſq; omĩ habitudĩe ad id quod eſt extra propriã rationẽ quiditatis, ſic aũt conciꝑiẽdo extrema, nulla erit veritas vniendi ea, niſi quiditas vniꝰ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0028-5

ſit quiditas alterius, qđ in creaturis nõ cõtingit .i. ē īpoſſibile ī creaturis, qđ Ecki⁹ oſcitanter legit in ſuo Scoto, Inſertur autē ex ĳs ꝙ Aſinitas eſt tm̄, ē aſinitas. Itē ꝙ anīalitas eſt nõ Eckeitas, Itē ꝙ humanitas nõ eſt Eckeitas, Proinde humanitas non eſt in Eckio, nec tota vel totaliter, ideo ſuꝑfluū oleū attulit & nimis ſero ſibi cõſuluit, inſequit̄ etem̄ gn̄is q̇ditatē abſtractiſſime cõſyderatā nõ eē ī ſpē, igit̄ nõ totā, inani & frigida oꝑa Ecki⁹ vtit̄. Vellem itidem Thomiſtice, hoc eſt realiter & groſſe tibi rn̄dere ſed cõſpexi Lipſię Thomiſtas ſua ſubtilitate & Auerroe, oīm acumina ſuꝑare, tāta q̄q₃ multitudine ſtipatos & dēſos, ꝙ nēo theologus p̄t eos circūuenire, merito igit̄ faſtigioſas ſublimitates, q̄s ęmulari neq̄o ſuꝑſedeo, quēadmodū vulpes q̄ fructū termitis licet auulſi, tn̄ alti⁹ defixi, cū decerꝑe nõ valeret ſuꝑſedit

Humanitas nõ ē Eckeitas.

Ironia in Thomiſtas.

Cæterū ꝙ alio exēplo cõſtrepit, ſcz beatos videre deū totū, ſed non totaliter, pōt primū hoc ſcõmate redargui, fuiſſe Eckiū in cœlis, ac interibi ſpeculatū, q̊ ordine beati deū videāt, deinde veniſſe ad inferos deciduū, vt ꝙ illic didicerat nos condoceret, fortaſſe & in cęlo hanc ſubſellariam vocē, ſed nõ totaliter annotauit. Verū iſtec prętereo cõſtanter ratus, nõ eſſe totum, cui vel minima deſunt, neq₃ me vllā rem totā habiturū, cui⁹ aliq̄ portiūcula careā quālibet ꝑua, cui ꝟo nihil deeſt totū eſſe & totaliter totū, q̊circa qui videt quippiā recte totū, videt & totalit̄ ea rõne, qua videt̄ deus, videt̄ & totaliter, vbi aūt virtus diuīa nõ cõprehendit̄ tota, ibi neq₃ totaliter, nec in deo ē rarū, qn̄ in creaturis aliq̄ obiecta videm⁹ tota, & nõ tota, pōt quiſpiā aduerſum hominē intueri totū, qui eundē tū auerſum ſimul nõ cõtuet̄, itē neq₃ introuerſum, ita ſimilit̄ q̇ ſuperficiē parietis ob oculos ſiti cõſpicit, nõ cõtinuo, q̄ intra parietē cõtinet̄ videt, eſt ergo tropus & figura in hmõi locutiõis gn̄e cū ea nos inſpicere tota iactam⁹, q̊rū vix partē cõſyderam⁹, vbi aūt res p̄ter figurā in veritate totas videmus, tū etiā recte totaliter, hoc etem̄ nulli vſpiā dubioſū fuit, qn̄ totū veraciter facimus vel videmus, tūc etiā totalit̄ facere vl' videre, ſed q̄tūlibet hęc tractauerim nõ cõgruit viſio dei inſtituto nr̄o, ſi ex ꝑte dei ſimilitudinē ducimus, Q̄n quidē termini nr̄ę q̄ſtiõis ſunt efficiētia dei reſpectu oꝑm q̄ tota & totalit̄ ī nobis a deo fieri fatemur, nihil nobis de totalitate factoris qua videat̄, ſed hic ē ſcop⁹ & litis cardo, an fiāt a deo totalit̄ oꝑa bona, tūc clare cõſequit̄ ſil'ia de gn̄e & ſpē eē imꝑtinētiſſima, q̇a dū diſquirit̄ q̊ mõ eſſendi gen⁹ ſit totū in ſpetie, nõ reflectit̄ ad efficiētiā, nūq̇d verbulū qđdā intercidit, qn̄ probatur tota generis quiditas (vt cū Eckio loquar) eſſe in ſpetie, Eodem morbo ſuccūbit & terciū exemplū de poſſeſſiõe

Ecki⁹ ī cęlo

Nõ eſt totū cui deeſt vel minimum.

Exm̄ Eckĳ. Beati vident deū totū, nõ totalit̄ eſt incongruū.

Exemplū de gn̄e & ſpetie impertinentiſſimū.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0029-4

prolatū duorū, quos ambos inſolidū, eundem agrū totū, ſed
nō totaliter poſſidere aſſerit, nam ſi diceret eundem agrū totū
ab altero factū, & ab altero ſimiliter to. ū factū, magis quadra-
ret ſimile, Porro quod ad veritatem ſpectat illius exempli ab
Eckio ꝓpoſiti, iudicio excellentiſſimoꝝ. D. D. Vdalrici Zaſij

Vdalricus Zaſi⁹ LL D.

& Liuini Emden. LL. doctorū virorū multi & celebritati no-
minis eſto, cęterū D. Emſerio vituponi meo, q ſenatuſcōſulta
& LL. deuorauit, axioma Eckianū ꝓpino & argutor ſic. Ars
imitatur naturam, Arg. l. adoptionis, & l: ij. ff. de adop, mō
duo non poſſunt eſſe in eodē loco naturaliter ſcd'm Ariſto-

Duo nō poſſunt eandē rem īſolidū & eodē poſſeſſiōis genere poſſidere.

telem, & LL. ergo duo non poſſunt ſimul in ſolidū, & eodem
genere poſſeſſionis eandē rem poſſidere, requirit̄ etēm vt Pau-
lus iureconſultus ait, Apprehenſio & cōtractus corp̄is, licet ille
non ſufficiat ſolus, ꝙ poſſeſſionē adipiſcimur corp̄e & animo
L. poſſideri. ff. de acqui. poſſeſſ. ybi textus in. §. ex contrario
ait, ꝙ plures eandem rem inſolidū poſſidere non poſſunt, cō-
tra naturā quippe eſt, vt cū aliquid ego teneam, tu q̊ꝗ videaris
tenere, nō em̄ magis eadem poſſeſſio aqud duos eſſe poteſt, q̄ꝫ
vt tu ſtare videaris in eodem loco, in quo ego ſto, vel in quo
ego ſedeo, tu videaris ſedere, Dicat ergo nobis veritatē ꝓpoſiti
exempli Emſerius qn̄ Eckius non modo ſcripturæ ſacrę text⁹

Rumperi⁹.

ledit, ſed etiā opiniōes Rumperij & Pulſarij textib⁹ LL. p̄fert,
condonata tn̄ veritate illius ſimilis, nulla ex ꝑte nr̄o negocio
eſſe ſimile largior. ¶ Exemplū aūt de aīa ex ea parte eſt ſimile,
qua ſcimus animā a deo creari totam & totaliter, quēadmodū
opera bona deus tota facit, verū ex ea parte qua eſt tota eſſen-
cialiter & totaliter in qualibet ꝑte nō cōgruit, ꝙ nō expēdim⁹,
q̲bus modis opa ſint in aīa, ſed q̄ ordine a deo infundent̄.
Neſcit & Ecki⁹ exēplū de viſiōe obiectū, tātūdē nr̄a cōfirmare,
q̄tū ſil'itudinis habet, ꝙ viſio ſanctoꝝ ē a deo tota & totalit̄,
& nulla ex ꝑte a nobis vel ex nobis, q̊d & Scot⁹ ꝓbat, cōferē-
tes ergo ſil'ia ſic argutabimur. Sicut viſionē beatificā ſolus de⁹
totā facit & totaliter, ita opa bona ab vno tm̄ deo ī nobis effi-
ciūt̄, Hęc exēpla oculos Eckij cōfodiūt, inſcite igit̄ & perperam
Venerādus P. F. Matthęus Hiſcoldus Benedictinus Mōaſterij
Poſagiēſis, hō multi ſtudij rep̄hēdit̄, ꝙ ſibi mirū viſū q̄ū o mu-
nus aliq̄d cuipiā poſſit donari totū, ſi nō totalit̄, cui etēm non
eſſet mirū: ſi Ecki⁹ daret Collectori ſuo nūmū totū, ſed nō to-
taliter, miſeror Eckiū eiuſꝗ infelicitatē, magis tn̄ īpudētiſſimā
frontē, ꝙ audet q̲cq̲d vult aduerſū prēm illū religioſū effutire
Au, adō putat mēdacia autoritatē īmiuere hoīm & ſcripturaꝝ

maieſtatem detrahere, ꝗ prorſus mendaciũ nullũ in ſcriptis ag=
noſcit, Eckius aũt nihil metuit perſubornatũ ſcribere, patrem
illũ e monaſterio aufugiſſe, qđ falſum eſſe ſcimus oẽs.

Si Eckius pro iſtiuſmodi nugalibus, accuratius ſimilia ſua
perpenſaſſet, nõ audiret, illud admodũ ſeriũ & obiurgatorium
Quinti Mucij dictũ, haud diſſimiliter, diuerſis tñ verbis, & in
alia materia, aduerſ⁹ Seruiũ Sulpitiũ prolatũ. Turpe eſſe viro
nobili Theologiſtę & pręſtabili fabulatori, Similiũ, in quibus
verſatur, cauſas & partes ignorare, quem oportuit pręcipue ſi=
milia adhibita noſtris terminis metiri atq; coaptare, ac tũ com=
modate & compoſite, ad opera, quæ famur a deo fieri tota &
totaliter reuocare, deinde animum eo attendere, ne candidos
theologos lectionis extraneorũ ſimiliũ tederet, Porro termini
voceſq;, quibus cũ Eccleſię tum ſcripturæ vtuntur plane indi=
cant incongruitatem ſimilium Eckianorum.

¶ Eccleſia opera bona vnctioni & liquori infuſo, confert qñ
cantat. Infunde vnctionem tuam clemẽs noſtris ſenſibus, Itẽ.
Veni ſancte ſpiritus reple tuorũ corda fideliũ & tui amoris in
eis ignem accende. Ecce quibus verbis opera ad deũ refert Ec=
cleſia, quippe infunde & reple, totaliter infundenti & replenti
dans liquorẽ infuſum. Nam quis eſt tam brutus & agreſtis qui
nolit infuſam aquam, totam & totaliter infundẽti referre, ſicut
etẽm aqua totam, ita totaliter ab infuſore & repletore iniectã
adfirmabo, His quoq; voculis animaduerto opera ſancta hu
moribus & liberũ arbitriũ vaſis comparari, Vnde legimus, ac
cipiũt oleũ in vaſis ſuis & illud Apoſtoli. Habemus theſaurũ
iſtũ in vaſis fictilibus, vt ſublimitas & eminentia (qua iuſti bo= Matth: xxv.
nis dei mũeribus, paupertate diuites, humilitate ſublimes, ſim
plicitate prudentes, ignobilitate nobiles, infirmitate potentes, ij. Corin: iiij
nigrore formoſi, patiẽtia fortes, mortificatione viuidi ſunt) ſit Sublimitas
potentię & virtutis diuinę, Vt ſimus memores eius, qui nobis ſanctorum.
dedit, iniecit, q infudit, qui impleuit, vt quicqđ fatemur nos
accepiſſe. Hęc gratiarũ actione refundamus in autorẽ, itendidẽ
beneficia recorcantes ne diritate huiuſce ſententię. Accinxi te, Eſa: xlv.
& nõ cognouiſti me, perterriti ſtupeſcamus, & ab oĩbus dei
voluntatibus demum abhorreamus. Quid em̃ ſumus Homo vaſ=
niſi vaſcula & exigua, ſiquidem fictilia, luteaq;, hinc parœmia culũ eſt ope
illa, debitoris qui centũ cados olei debuit, & illud, vas ſancti rum.
ficatũ in honore &c̃. Item vaſa miſericordię & irę &c̃.

Proinde in oratione dñica petimus. Fiat volũtas tua, qñ hoc
orationis compendio donari nobis cõprecamur qcquid pręs=

Iohan: i. cipitur obſequendū, quando quidem vt nihil efficientie poſſi
Ezec: xxxvi. mus adĳcere, vt illuminemur ita neqꝫ reliquis dei operibus q̄
ſunt proprie bonoꝝ.i.pioꝝ. Et ſicut ipe eſt, qui ſolus illūinat
omnem hoīem illuminabilē, ſolus inquā & ſolit̄, ſi ineptire cū
Eckio licet. Ita iuxta Ezechi. Deus ſolus aquam totam & to=
taliter effundit in eos quos emūdat, Et ponā, ait, ſpiritū meū ī
medio veſtri & faciam vt in pręceptis meis ambuletis & iuditia
mea cuſtodiatis & operemini, & poſt aliq̄, diſplicebunt nobis
iniquitates veſtræ & ſcelera vr̄a. Nempe anteaquā ſubuertitur
impius, cor eius adeo eſt malicĳs affixū, vt non poſſit, non ma
loꝝ eſſe auidum, nequaq̄ igitur ad efficienda opera quę odit,
concurrit, Neqꝫ ſibi poſteaq̄ gratiam acceperit, quippiam ar=
rogat, propter quod, dicere queat, opera bona non eſſe totalit̄
a deo, niſi ſit confortatus Roboā, qui recepta gratia eiectus &
ſuperbiens, malit Andabataꝝ more verba, quę ſupra poſui,
Deo faciēte tractare, nihilqꝫ minus curare, q̄ verba iſta, ponam ſpm̄ meū
facimus. in medio veſtri, & faciam vt in pręceptis meis ambuletis & ini=
quitates odiatis, vt lubens ignoret, deo faciente nos facere, & eo
non faciente nos nihil prorſum facturos, qn̄ ita illucet lumē,
qui eſt Chriſtus in cordibꝰ noſtris, vt cognoſcamus, non aliq̄
ĳ. Cor: iiĳ. modo noſtrā, ſed illuminationē glorię dei, non in noſtra, ſed
Chriſti dn̄i facie, Porro qui in facie ſua, illud intuentur ꝙ au=
dent opera bona tota, ſed non totaliter tribuere deo, illi eodē
argumento & ratione predicabūt ſemetipſos cū Chriſto, adeo,
Illatio re= ꝙ ſpem fiduciamqꝫ non in Chriſto dūtaxat, ſed in Chriſto &
motior. ſeipſis reponent, contra Apl'm. ĳ. ad Corin. iiĳ. Non eīm noſ=
ipſos ait predicamus, ſed Chriſtū Ieſum dn̄m. Eckius vero &
Chriſtū & ſe p̄dicat, Chriſtū quidem totū, ſed non totaliter, at
ſe tā q̄ minus principalem autorē, itaqꝫ in ſpem propriam in=
Deu: viĳ. greditur, & firmat carnem brachĳ ſui & ſpem in ſe minus prin
cipaliter collocat, quem recte Hieremias taliter inceſſit, Maledi=
ctus qui ſpem ponit in homine, Eckius ſecundario in ſe ſpem
ĳ. Paral. xvi locat, ergo ſecūdario maledictus, ſed & ſtulte agit, Nempe Aſa
de quo ſupra dixi, ſtulte egiſſe cōprobatur, ꝙ & in deum & in
hominē ſimul repoſuiſſe fiduciam traducitur, Malumus ergo
cū ſcripturarū ſimplicitate ſimpliciter ſentire, q̄ cum ſubtilitate
Lipſicorū Collectaneorū, Eckĳqꝫ inſanire & ſęuiter ſupbire.
Pręterea accōmodatiorem Chriſti ſimilitudinē Eckianis dely=
ramentis adiūgo, non eam quę ex cęlo, neqꝫ eā q̄ ex nugis dia=
lecticis, vel ex certaminibꝰ forenſibꝰ, ſed q̄ ex terra deſumpta
eſt, in quam primū nos docet videre, vt noſipſos & vilitatem

noſtram cognoſcentes, paulatim ad cęlũ, veſtigia primũ Chri ęmulati conſcendamus. Simile Chriſti deiaciente ſemen multiuariũ in humũ noſtro inſtituto ſuffragatur, quippe ꝙ qui totũ ſemen, etiã totaliter ſpargit, & nihil terra habeat, cur audeat acclamare, ſemen mittit ſeminans totũ, ſed nõ totaliter.

Item recte ſitientes a deo poti, ſcd'm illud potaſti nos vino cõpunctionis, recte confitentur totũ potum a deo & totaliter accepiſſe.

Mirũ vtiq; eſt quempiã dare iſtã totam, ſed non totaliter, item potũ totũ ſed non totaliter, Apl'us aũt ait. Omnes eandẽ eſcã ſpiritalem manducauerunt, & oẽs eundem potũ ſpiritalem biberũt, biberunt aũt de ſpiritali, quę illos conſequebatur petra, Petra aũt erat Chriſtus, qui eſt fons vitę, ſi quis ex eo biberit nõ ſitiet in ęternũ, & ſi ſiciat interim, nõ tñ perpetuo, quoniam de ventre eius fluũt fontes vitę, de illa inquã petra bibunt omnes pie, iuſti, & eius melle ſaturantur, verũ ita bibũt vt bibentes petra ſemper comitetur, quę pręit ſitientes, conſequiturq; potos, ꝙ ſi quã ſanctimoniã hauriunt, eam de fontibus Saluatoris conbibũt, Nam de illa ſpiritali petra & precedentem & ſubſequentem gratiam imbibũt, hoc eſt igitur de petra, ideſt Chr̃o lambere & ſugere, quod percipere ignem, qui ſemper ardeat, & vrat, quatenus qui cępit in nobis bonũ opus, idem perficiet, vſq; in diem reſurrectionis Ieſu Chriſti, vſq; in hũc diem, quo deus ſua munera, quæ noſtra facit merita, coronabit, inchoat igitur opus bonũ totũ & totaliter qui ſitientibus potũ totum & totaliter tribuit. Et qui opera ſolus totaliter incępit facere, ille ſolus conſumabit, iuxta Auguſtini ſententiam.

i.Cor: x.

De petra cõſequente bibere.

Hinc ꝓphetę oratio, Confirma hoc deus quod operatus es in nobis, & Salomonis efflagitatio, dicẽtis. Firmetur ſermo tuus quẽ locutus es ſeruo tuo Dauid, vnde & Eccleſię collectio deprecatoria, Actiones noſtras q̃ſumus pręueniendo aſpira, & adiuuando proſequere, vt cũcta noſtra operatio a te ſemper incipiat, & per te incepta finiatur, ſcd'm Eckiũ opus bonũ, de⁹ totũ & totaliter incipit facere, ſed nõ totaliter terminat & finit, Tametſi om̃es Eccleſię indiſcriminatim & iuſte tam deũ incipẽ, q̃ perfinire opera conclament, Porro ſcripturarum pręſcriptis ſcimus, qđ vniuerſa opera bona, petra ſpiritalis operatur, quę eſt refugiũ herinaceis, quę mittit totã aquã & totaliter ĩ peluim, qua ſola pedes ſanctorũ, hoc eſt opera, quibus ambulant ĩ dei præceptis, eluũtur, & etiam mũdi emũdantur, vt tandẽ abſq; omni mendo & neuo & verruca in æterna dei habitacula, vbi

manſionum multitudo ſingulũ accipit denariũ, recipiatur, cui
us regnũ indepturi non ſolũ contumelῄs, iniurῄs & laceratiõi=
bus ſe ſubdere & adducere oportet, ſed indignos iſtiuſmõi paſ
ſiõibus, ex pectore dicere, neceſſum eſt, niſi ſe velint a reꝑmiſſa
hæreditate exhær editari.

Eckῄ audax argutia.

Habetis patroni iucundiſſimi, importune admodũ & audacis
argutię Eckianę, confutationem, partim ſeriam, quod nimirũ
eius argutiola & honorem & gloriam dei detrahit, partim ri=
diculam, ꝙ deridiculę excogitationi mixtus, & ꝓpemodũ im=
merſus, nequidẽ quiuerã totus eſſe ſerius, grauis, & modeſtus,

ECKIANA MOLESTIA.

Equidem niſi me dehortata fuiſſet modeſtia, aſperiori talione
Eckianam moleſtiam refudiſſem, qm̃ ille me traductione acer
biſſima cruentat, aliã plane q̃ dedi reſponſionẽ, commeritus.

Dux Saxonię.

¶ Ad Illuſtriſſimũ Principẽ & D. dñm Fridericũ Saxonię Du
cem, Sacriq́; Ro: Impe: Elect:, Archimarſchallũ, illiuſq́; Impe
rῄ & Iuriũ Prouintię Saxonicę cęterorũq́; finiũ Vicariũ, Landt
graffiũ Thuringię, Marchionẽ Myſnę, Fundatorem & Mecœ=
natem Academię Vuittenbergñ, pientiſſimũ, me detulit, veluti
eũ, cui non ſit tantundem viriũ & roboris, quantũ profliđuro
Eckium ſufficiat, Tantidem ſe bonus gloriarum quæſtor æſti=
mat. At ego nihil de me predico, neq́; iactatoris tantuli fructũ
conor defrugare, ſed vtrũq́; noſtrũ, noſtra quoq́; munimẽta
iudicio inſpectoꝝ, ab effectibus ocioſoꝝ & eruditoꝝ præci
pue vr̃o ſuppono q̃rũ, eſto decernere vter ad ſcopũ & cardinẽ
cauſarũ iaculetur propius, conglobauit iniurias aliquot, quas
fingit ſibi', immerito intuliſſe me. Scomata ꝓfecto fuerũt quæ
dignitatem Eckianam neq́; vulnerant, neq́; obliterant, ſed ex=
autoritatibus ſcripturaꝝ & ſanctoꝝ effluentia, me ceu rapidũ
flumen ad figendos id genus morſus rapuerũt.

Hic lector dumtaxat vnũ, rogo, audi, ſi homo ſum vſq́; adeo
tenuis & anguſti ingenῄ & ceu catellus, vaſtũ aprũ tenui, quid
patereť Eckius pugil ſi vena ingenῄ excultiore & doctrina &
vſu adiuta Eckiũ odoriretur: Ego quidem meam nuditatẽ fa=
teor ſemper, atq́; deſyderiũ valẽtis & vegeti iudicῄ, propterea
aggrediendus mihi hoſtis videbatur, multis modis, interim
callida & commoda ſimplicitatis imitatione, qua obtinui, qđ
impetu minime contigiſſet, Scio etenim opere & labore opus
eſſe in abducendis ſophiſtis ab opinione improbabili, & inte
rim id clementi gradu & quaſi ſilentio, nonnũq̃ impetu & ter
rifico clamore aſſecuturũ, quod vna & ſimplici via vix ſectare
tur, Cautiores autumo, qui diuerſis telis hoſtem vrgere norũt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0034-8

Cęterum Eckio minime ſatis fuit vna iniuria, adiecit namqꝫ &
aliam penes aliũ, Adijt Lipſię Illuſtriſſimũ principem & dñm
dñm Ioachim Marchionẽ Brandenburgenſem, Sacriqꝫ Ro: Marchio.
Imp: Electorẽ Archicamerariũ Stetinenſiũ Pomeranorũ, atqꝫ
Caſſubie ducem, Burggrafiũ Nurmbergenſem, & Rugie prin=
cipem, aſſeuerans me vix indoctiſſimo comparandũ, & pror
ſus nihil eſſe ſui collatione, atqꝫ vſqꝫ eo indoctũ, ꝙ cũ ſe con=
gredi nefas mihi fuerat, dij boni, quanta hõis iactatio: ꝗ̃teqꝫ
glorię, quas herus ille ſitit & conflat, quanta hominis ꝓ̄ſump=
tuoſa ſtultitia, ſui ſummã in aliorũ, imprudẽtia, & erũna repo
nentis, tot ocupatur affectibus glorioſus iactator, vt ne trabẽ
ſuoꝝ oculorũ ſenſus præmentẽ ſpectare poſſit, dũtaxat in alijs
verſatur, tantũqꝫ alios iudicat, nullius ꝓrſum defectionis ſibi
conſcius, oẽs peruidet, ſe aũt tranſuolat. ¶ Malim ego nu=
mina illuſtriſſima, humilis, reformidatiõe & reuerentia, ꝗ̃ næ
nijs, ꝗ̃ hoĩm obtrectationibus ſubire. Ideoqꝫ Principes cle=
mentiſſimos oro, vt alteram aurem, quã male delatis, eorũqꝫ
defenſioni & innocentię, vacuam, purã, & in occupatã cuſto=
diunt, tuitionibus meis concedant, ꝓcul dubio ſi adhibue=
rint aurem inproculcatam, & argumenta ſcrpturaꝝ, autorũqꝫ
rationes, & in vniuerſum, totam deniqꝫ mei armaturam peni=
nitius intellexerint, fidem ſi quam blanditię Eckianę dederũt,
illico ablegabunt enimus propulſatã, & ab eo animũ amolien
tur, qui in re ſanctiſſima ludit, iocatur, & quę ſunt apertiſſima
extraneis gloſſis obſcurat.

Vicit me Eckius, ita em̃ iactabundus totũ orbem, velut ambu=
lacrũ, circũit & exclamat. Victori brauiũ debeo, pecuniolam
dare non exigor, ſed premiũ debeo: mitterẽ oluſcula, ſi eſſem Victori Ec=
olitor, vel ingenuam palmã, ſi eſſem lignoꝝ diues, gl'as nul= cio præmiũ
las vel doctrinas abs me iure poterit exigere, qñ ipſe me inanẽ triumphale
& vacuũ eruditionis dicit ſed ꝓ̄miũ victori debeo: q̄le ergo da mittitur.
bo: Conſultũ & deliberatũ conſiliũ ſuccurrit, ſi tale pręſtitero
qualem ipſe me facit, qualem iudicat, qualẽ & eſſe vult, quali=
bus & Emſerus ei⁹ me plumis pinxit, Nempe facile queo, mei
ſimilia & polliceri & præſtare, quatenus ſcd'm Ariſtotelem, q̄=
lis quiſqꝫ eſt, talia loquitur, talia facit, quod ſi facit, etiam dare
poterit. Quapropter victori Eckio triumphũ hilariter trium
phãti donariũ do, licet ſua dignitate multo inferi⁹, attamẽ, qñ
me in habitũ transformauit, quem voluit, recipiet, etiã ſi no=
lit, munuſculũ, transformati mei haud diſſimile, Videlicet op
timũ Verberõe, Griſellulũ auritũ, quadrupedem, Sacciferum,

tarde gradientem Brutũ hebetem, carnibus intra cutem, quot-
tidiano verbere mollitis ac fere pręcoctis veſcatur eo cibo, vt
lubet, licet .n. vel ſolus vel collectores ſuos, noſtrũ infamato-
res ad opiparam cenam inuitet, admiterem gulæ inuitamenta,
& illud ſtudioſis pręcipuũ naſturciũ. Verũ illi⁹ ego ſum Eckio
iudice ſolus indigus, quin ĩmo & naſturciũ & candidũ helle-
borũ eius conſilio in meũ vſum & vtilitatem conſeruo. Sunt
Erfurdenſes arbitri. itaq; arbitri a nobis delecti ab arbitrio & onere iudicatus exo-
nerati, viri omniũ diſciplinarũ peritiſſimi, & nominib⁹ mul-
tis & eruditiõe maxĩa prædtiſſimi præceptores mei Erdphor-
dienſes, perpetuo colendi, e quorũ arbitratu hactenus pepẽdi,
qui parte aduerſaria, arbitrãdi facultatẽ, quã illis dedit, repoſ-
cente & clanculũ retractante, functi ſunt officio delegato, Nam
Eckius ſecundũ ſe, & contra me pronũciauit, Equidem contra
ſententiã Eckij, iudicis iniquiſſimi, ab ipſa veri contẽplatione
abducti, & totaliter ad ꝓpria rapti cõmoda, alacriter & ſtrenue
dei ope egredior, peſſimã eius ſententiã conuulſurus. Ad diſ-
putationis acta manus verto, aptoq;, vtpote ad operas & lu-
cubrationes libellorũ, de peccatorũ meritis, vel de peccatis bo-
norum operum, de grã & li. arbitrio, de ſcripturis Canonicis
ſcripturus.

Vos vero preſtabiles patroni partem meam, quę veritatẽ
ſyncerę ſcripturę diſquirit & conſectatur apud principẽ veſtrũ
Illuſtriſſimũ, non abſq; cãdore animi denarrate, a mendo, qđ
latrator iutulit vindicaturi, ea ſola expromentes, quæ vobis
probantur, & ex ſcripturis ſanctis, vel copia vel acumine, aut
fluũt aut eruuntur, Valete fœliciter & omnia boni conſulite,
Date Vuittenbergę. Anno. M. D. XIX.

## ¶ERRATA NOXIA OBELO NOTATA.

In pagina ſecunda, facie prima, linea prima ſic lege, tam prę-
ſtabili aduocato, interim fidem ledere, cętera vt ſuperflua
expunge.
Itẽ linea tercia, loco veſtrũ, lege illorũ, & linea vij. vl' indicabo
Eadem fa: lege reclamantiũ indicijs pro iudicijs.
Eadem fa: faciem deme ac repone faces ſubdidiſſe.
Item poſt pauca, adſint ſcribendũ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0036-9

Eodem folio prima facie ſecũda linea. iiij. dehoneſtãt legendũ.
Folio. iij. fa: i. linea. xix. ſic lege quatenus aũt diuinis teſtimo-
niis deſtituũtur, eatenus humana ſunt, & lapſus, abſit ꝓcul,
inſtituũtur.
Linea xxiij. ad doctrinas, ſcribendũ eſt.
Linea xxv. aceroſa fila, non ſila.
Eodem fol: iij. fa: ij. linea penul. interpone, &, ſicq; lege Bern-
hardi ſenſum & diſcrepantiũ nodũ.
Folio. iiij. linea iij. excide vel, & loco eius lege, ceu vinculũ.
Eadem pagina facie. ij. linea xxxi. poſt quoniam nihil, adiice,
hoc ſolũ addens ꝙ vexationũ.
Folio vi. fa, ij. linea i. diſputationũ lege. Linea xvi. itineratio-
nem ſcribundũ.
Linea. xxvi. in quo & per quod defuit, & per.
Folio vij. linea ij. dele viȩ, repone meos, greſſus meos. & linea
v. reiice tuã, tranſcribe tũc.
Linea xxv. adiice, ita, ſic legens, ita ſimiliter.
Linea xxvi. eradica ipſe, & impone. SpS. i. ſpũſancti.
Linea xxxvi. ſuperfluit, de, ꝙ legendũ eſt, qui totidẽ eſt viciis.
Folio vij. fa: ij. linea i. inquit ꝓ nequit.
Folio viij. fa: ij. linea iiij. poſt quã pone apoſtrophũ, legeſq;
ꝓpter quã.
Folio ix. facie ij. li: vi. eiice tũ, & rede tamen.
Folio xv. facie ij linea xiiij. erectus non eiectus loquendus.
Folio. xvi. linea ix. eſcam, non iſtam.

IMPRESSVM VVITTENBERGAE
PER IOAN: GRVNENBERGIVM.
ANNO SALVTIS M. D. XIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0037-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0038-1

ULB Halle 3
004 812 611

Sb f

-6-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0039-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187609-p0040-1

# EPISTOLA ANDREÆ CAROLOSTADII ADVERSVS INEPTAM ET RIDI/CVLAM INVENTIONEM IO/ANNIS ECKII ARGVTATO RIS, QVI DIXIT, LIP/SIAE, CVM VR/GERET/ VR.

OPVS BONVM ESSE A DEO TOTVM, SED NON TOTALITER.